„unum mille marapetinos. Capitulum Eccle-
„siæ Legionensis, pro se, & sua Diœcesi
„duos decies centum & sexcentos viginti sex
„mille & septingentos viginti quatuor mara-
„petinos. Capitulum Ecclesiæ Ovetensis, pro
„se, & sua Diœcesi unum decies centum &
„& duodecim mille & octingentos & vigin-
„ti sex marapetinos. Capitula Ecclesiarum
„Calagurritanensis, & Calciatensis, pro se,
„& suis Diœcesibus duos decies centum &
„quingentos & sex mille & quingentos & vi-
„ginti septem marapetinos. Capitulum Eccle-
„siæ Astoricensis, pro se, & sua Diœcesi
„unum decies centum & ducentos triginta
„mille & sexaginta octo marapetinos. Capi-
„tulum Ecclesiæ Segoviensis, pro se, & sua
„Diœcesi duos decies centum & septingen-
„tos, & octuaginta novem mille & trecen-
„tos quinquaginta septem marapetinos. Capi-
„tulum Ecclesiæ Abulensis, pro se, & sua Diœ-
„cesi tres decies centum & nonaginta duos
„mille & septingentos & unum marapetinos.
„Capitulum Ecclesiæ Oxomensis, pro se, &
„sua Diœcesi duos decies centum & septingen-
„tos triginta duos mille & ducentos trede-
„cim marapetinos. Capitulum Ecclesiæ Au-
„riensis, pro se, & sua Diœcesi, unum de-
„cies

Digitized by Google

„cies centum & nonaginta quatuor mille &
„centum decem & octo marapetinos. Capitu-
„lum Ecclesiæ Lucensis, pro se, & sua Diœ-
„cesi trecentos & decem mille & quadringen-
„tos & quadraginta marapetinos. Capitulum
„Ecclesiæ Mindoniensis, pro se, & sua Diœ-
„cesi ducentos octuaginta quinque mille &
„sexcentos & octo marapetinos. Capitulum
„Ecclesiæ Tudensis, pro se, & sua Diœcesi,
» quadringentos triginta quinque mille & quin-
» gentos septuaginta octo marapetinos. Capi-
» tulum Ecclesiæ Palentinæ, pro se, & sua
» Diœcesi quatuor decies centum & octin-
» gentos quadraginta & unum mille & tre-
» centos quinquaginta duos marapetinos. Ca-
„pitulum Ecclesiæ Civitatensis, pro se, & sua
» Diœcesi septingentos quatuor mille, & no-
» ningentos & unum marapetinos. Capitulum
» Ecclesiæ de Cadiz, pro se, & sua Diœcesi
» sexcentos quinquaginta novem mille & quin-
„gentos quinquaginta novem marapetinos. Ca-
» pitula Ecclesiarum Regni Granatensis, pro
» se, & suis Diœcesibus tres decies centum &
» centum triginta quinque mille & sexcen-
» tum quinque marapetinos. Capitulum Eccle-
» siæ Pampilonensis, unum decies centum &
» centum decem & novem mille & octingen-

 » tos

Digitized by Google

» tos quinquaginta novem marapetinos. Capi-
» tulum Canariense, pro se, & sua Diœcesi
» quadringentos quadraginta septem mille &
„ noningentos quadraginta tres marapetinos.
» Abbatia de Alfaro, octuaginta novem mille
» & quingentos octuaginta septem marapetinos.
» Abbatia de Agreda, centum quinquaginta sex
» mille & septingentos octuaginta marapeti-
» nos. Vicaria de Alba de Aliste, centum sep-
» tuaginta novem mille & centum septuagin-
» ta septem marapetinos. Milites Ordinis Sanc-
» ti Jacobi, duos decies centum & noningen-
» tos & undecim mille & sexcentos triginta
» quatuor marapetinos. Milites Ordinis de Ca-
» latrava, duos decies centum & centum oc-
» tuaginta tres mille & septingentos viginti
» quatuor marapetinos. Milites Ordinis de Al-
» cantara, unum decies centum & noningen-
» tos & tres mille & septingentos & sexaginta
» marapetinos. Qui sunt dicti ducati ducenti
» quinquaginta mille, qui ascendunt ad nona-
» ginta & tres decies centum & septingen-
» tos quinquaginta mille marapetinos. Item,
» quòd nulla persona ex comprehensis in dic-
» ta Concessione cujuscumque dignitatis, pre-
» minentiæ, Ordinis, Religionis, existenti-
» bus, sua Majestas non permittat, nec con-
» sen-

Digitized by Google

„sentiat quòd sit exempta à solutione, & „contributione de eo;, quod eas tetígerit ex „dictis ducatis ducentis quinquaginta mille „quolibet anno ex prædictis quinque annis; „& quòd si sua Sanctitas, vel sua Majestas „faceret exemptam aliquam ex dictis perso- „nis, vel Ordinum, sic comprehensis in dic- „ta concessione, sua Majestas mandabit face- „re justam satisfactionem, pro eo recipien- „do in computo ab Ecclesiis id quod fuerit „computatum ad respectum dictorum ducen- „torum quinquaginta mille ducatorum. Item, „quòd omnes personæ cujuscumque qualita- „tis, & dignitatis, existentibus pensiones ha- „bentes, remaneant comprehensæ, ut contri- „buant prout cœteri redditus decimales in „divisione dictorum ducentorum quinquagin- „ta mille ducatorum, non obstantibus qui- „busvis clausulis, exemptionibus, prærogativis, „seu donationibus, & obligationibus, etiam „in forma Cameræ, quas habeant in eorum „favorem. Item, quòd omnes decimæ, & „tertiæ quas sua Majestas habet, & possidet „quomodolibet, & illæ per eum venditæ, „seu pignoratæ cum evictione, & securitate, „& clausula, quòd non illis imponeretur, „nec divideretur Subsidium, nec alia imposi-

 „tio

„tio Apostolica, remanere debent, & rema-
„neat totum illud liberum, & salvum à di-
„visione, & solutione dictorum ducentorum
„quinquaginta mille ducatorum, absque eo
„quod per hanc rationem, nec per aliquam
„aliam extra contentas, & expresas in dicta
„Concordia deducatur, vel minuatur aliqua
„res ex prædictis ducentis quinquaginta mil-
„le ducatis: & cœteræ omnes tertiæ, & de-
„cimæ, ac primitiæ, quas quævis aliæ perso-
„næ possideant, remaneant comprehensæ, &
„contribuere debeant in dicta divisione dic-
„torum ducentorum quinquaginta mille du-
„catorum. Item, quòd sua Majestas ex
„nunc dare mandet obligationes, fidejussio-
„nes, & expeditiones, quas habet contra Ad-
„ministratores, ac cessiones, & mandata in
„causa propria, ut Ecclesiæ recuperent ab
„illis quod debent, & tenentur solvere suæ
„Majestati ad pretia, & terminos prout, &
„quemadmodum cum illis annotatum est; &
„quòd pro securitate de eo quod est sibi
„onus, & executionibus, & recuperationibus
„illis dentur eis Provisiones, & Litteræ ne-
„cessariæ, tàm suæ Majestatis, quàm Reve-
„rendissimorum Dominorum Judicorum Apos-
„tolicorum Generalium istius Concessionis:
„Et

Digitized by Google

„Et si dicti Administratores statìm non de-
„derint complementum fidejussionum, & se-
„curitatis de eo quod est suo oneri, eis obs-
„tent, & seqüestrent fructus decimarum non
„recuperatos, vel recuperatos penes eos, seu
„per eos venditos in vadimonium, & non
„respondeant eis cum illis, nec cum suo va-
„lore donec habeant integram securitatem,
„& fidejussionem quod adimplebunt, & sol-
„vent id quod tenentur. Et si in eo quod
„tangit Ecclesias Regni Galiciæ, vel alias de-
„liberatum fuerit, & conclusum quod in dif-
„finitionibus dictarum administrationum fue-
„runt nonnullæ collusiones, seu fraudes in
„præjudicium istorum bonorum, videatur, &
„breviter provideatur, ita quod prædictæ
„Ecclesiæ gravamen non recipiant. Et Casu
„quo Capitula Ecclesiarum Metropolitanarum,
„& Cathedralium, factis tamen diligentiis ne-
„cessariis infra tempus, & ea forma qua fie-
„ri debent, utensilibus hujusmodi provisioni-
„bus, & expeditionibus pro securitate, &
„recuperatione sibi dandis, recuperare non
„possent à prædictis Administratoribus, nec
„ab eorum bonis, & fidejussoribus integra-
„liter id quod tenentur solvere, justa for-
„mam suarum conventionum, eis fiat bonum,

„&

„& recipiantur in computo dictis capitulis
„fractiones de eo quod pro expeditiones suf-
„ficientes mostraverint se non potuisse recu-
„perare à dictis Administratoribus, & ab eo-
„rum bonis, & fidejussoribus, & hac ratio-
„ne non suspendatur, nec suspendi possit
„solutio de eo quod dicta Capitula solvere
„tenerentur, & deliberaretur in eos juxta for-
„mam dictæ divisionis dictorum ducentorum
„quinquaginta mille ducatorum. Item, quòd
„sua Majestas recipere, & sibi imputare de-
„beat, & recipiat, & sibi imputet totum
„id quod contigerit, & justè fuerit assigna-
„tum mensis Archiepiscopalibus, & Episco-
„palibus horum Regnorum Castellæ, & Le-
„gionis, toto tempore quo Sedes vacaverint
„pro rata, & ratione dictorum ducentorum
„quinquaginta mille ducatorum. Item, quòd
„sua Majestas dari mandet Cedulas, & Pro-
„visiones necessarias, & dari solitum, &
„consuetum est, ut Justitiæ Seculares dent
„totum favorem, & auxilium, ad execu-
„tionem, & recuperationem divisionem dicto-
„rum ducentorum quinquaginta mille ducato-
„rum, & expensarum; & ut negotia ad hanc
„Concordiam & hujusmodi divisionem, &
„recuperationem pertinentia, non transporten-
„tur

Digitized by Google

„tur per compulsum ad Audientias Regias,
„nec se intromittant in eorum cognitionem.
„Item, quód pro parte suæ Majestatis, & dic-
„ti Status Ecclesiastici istorum Regnorum
„supplicetur suæ Sanctitati, concedat unum
„Breve, cùm quo confirmet, & approbet
„hanc Concordiam, quam omnes Ecclesiæ
„istorum Regnorum dictorum, tàm illæ de
„quibus sunt Procuratores præsentes, & sunt
„major pars, quàm absentes adimplere tenean-
„tur. Item, quòd Reverendissimi Domini Judi-
„ces Comissarii Apostolici Executores Genera-
„les hujus dictæ concessionis dent, & dare de-
„beant Provisiones, & Subdelegationes Judi-
„cum, & réliquas expeditiones necessarias pro
„recuperatione dictorum ducentorum quin-
„quaginta mille ducatorum, & expensarum;
„& Subdelegati sint Capitulorum prout est so-
„litum, & illi quibus magis videretur conve-
„nire; & quando à prædictis Reverendissimis
„Comissariis fuerit postulata justitia per
„viam gravaminis, quòd aliquis pretenderit
„recipere super hujusmodi divisione, & re-
„cuperatione, si aliquas Provisiones dederint
„super hoc, in eis non suspendant solutio-
„nem, nec impediant Subdelegatis executio-
„nem recuperationis, & super omnibus fa-
„ciant

Digitized by Google

„ciant justitiam. Ad quæ omnia præmissa su-
„pra dicti Domini Procuratores Ecclesiarum
„Metropolitanarum, & Cathedralium istorum
„dictorum Regnorum Coronæ Castellæ, &
„Legionis, dixerunt, quòd se obligabant, &
„obligarunt pro se, & nomine dictarum sua-
„rum Ecclesiarum, & Diœcesum, quòd sic
„erit observatum, adimpletum, & solutum,
„prout, & quemadmodum in ista Scriptura
„continetur, & declaratur: & ad id obliga-
„bant, & obligarunt suas personas, & bona,
„necnon personas, & bona dictarum suarum
„Ecclesiarum, & Diœcesum spiritualia, &
„temporalia præsentia, & futura, & dederunt
„suam totam potestatem plenam dictis Do-
„minis Commissariis, & Judicibus Gene-
„ralibus hujusmodi concessionis, & suis
„Subdelegatis, & ipsorum cuilibet, & aliis
„quibusvis Judicibus, & Justitiis, ut sic eos
„compellant, & cogant ad observationem, &
„complementum omnium, & singulorum præ-
„missorum. Et renuntiarunt omnibus, & qui-
„busvis Legibus, foris, & juribus generali-
„bus, & specialibus, quæ in eorum favo-
„rem sint, vel esse possint; & concesserunt
„hanc concordiam, & conventionem modo,
„& forma præmissis; & pro majori validi-
„ta-

Digitized by Google

» tate, supradicti Domini Procuratores illam
» suis nominibus subscripserunt, testibus præ-
» sentibus Didaco de Vergara Castillo, Augus-
» tino Vazquez, & Joanne de Aragon in ista
» Curia residentibus; D. Alphonso de Ro-
» xas; Doctor Borriovero; Didacus Rodriguez,
» Canonicus Compostellanæ; Licentiatus Ban-
» dero, Prior Legionensis; Didacus Ortega de
» Ulloa; Andreas Carreño; D. Franciscus
» Pacheco; Ferdinandus de Balbos; Antonius
» de Xaque; Licentiatus Lara, Decanus Tuden-
» sis; Didacus de Valenzuela; D. Franciscus
» Mata de Sotomayor; Magister Maldonado;
» Rodericus Saco de Quirola, Archidiaconus
» de Deza; D. Alphonsus Carrillo Albornoz;
» Licentiatus Amatiano; Doctor Hurtado; Mar-
» tinez Gomez. Actum fuit coram me Joanne
» de la Rumbide. Et ego Joannes de la Rum-
» bide, Scriba, & Notarius Publicus pro sua
» Majestate in sua Curia, Regnis, & Dominiis,
» & negotiis Sanctæ Cruciatæ, & Subsidii, &
» Excusati, in ista Curia, concessioni istius
» scripturæ interfui, una cum Dominis Do-
» minis stipulantibus, & testibus, qui suis
» nominibus se subscripserunt, fidem facio
» me cognoscere: & ideo feci meum signum
» tale. In testimonium veritatis: Joannes de
» la

Digitized by Google

„la Rumbide. Rex: Pro quanto Procuratores „Ecclesiarum istorum Regnorum de præsenti „juncti, & congregati in hac Curia, conces- „serunt scriptura ex ista altera parte con- „tentam super tangentem concessionem, quam „sua Sanctitas fœlicis recordationis Pius PP. „V. nobis fecit ex decimis primæ domus „majoris decimariæ in qualibet Parochia per „quinque annos pro adjutorio sumptuum „belli contra Turcas, & infideles, & conser- „vatione novæ linguæ, qua per Nos visa ob „desiderium quod habemus gratiam facere „Statui Ecclesiastico, & cum sublevare in „eo quod fuerit possibile, habuimus pro bo- „no, illam acceptare, prout ad præsens illam „acceptamus: & promittimus, quòd ex par- „te nostra illam observari, & adimpleri „mandabimus, prout, & quemadmodum in „ea continetur. Factis in Loco del Pardo „die XIII. Novembris MDLXXII. Ego Rex = De „mandato suæ Majestatis: Joannes de Es- „covedo. = Et ego Joannes de la Rumbide, „Scriba suæ Majestatis Regis D. Philippi „Domini nostri, & ejus Notarius publicus „in sua Curia, Regnis, & Dominiis, prout „prefertur, concessioni hujusmodi scripturæ „Concordiæ interfui, una cùm testibus, &

„cons-

Digitized by Google

» constituentibus, quos cognosco, & fidem
» facio, quòd transumptum Cedulæ acceptatio-
» nis suæ Majestatis ante hoc scriptum cor-
» rexi, & collationavi cum originali, suo Re-
» gio nomine subscripto, & refrendato à
» Joanne de Escovedo suo Secretario, & est
» certum, & verum; testibus præsentibus ad
» illud corrigi, & collationari videndum Hije-
» ronimo Miguel, & Hijeronimo de Paz, in
» ista Curia residentibus. Et ideò feci meum
» signum tale. In testimonium veritatis: Joan-
» nes de la Rumbide. = Ac aliàs prout in eo-
» dem instrumento publico desuper confecto
» pleniùs dicitur contineri. Cum autem sicut
» eadem petitio subjungebat firmiora sint ea
» quibus Sedis Apostolicæ intercedi auctoritas,
» idemque Philippus Rex, & Capitula prædic-
» ti cupiant præmissa omnia, & singula etiam
» nostro, & Sedis Apostolicæ munimine ro-
» borari, idem Philippus Rex asserens ex tri-
» ginta quatuor Ecclesiis dictorum Regnorum
» dilectorum Filiorum viginti quatuor Capi-
» tulorum illarum ad hoc accessive assensum
» nominibus prædictis nobis humiliter sup-
» plicari fecit, ut huic suo desiderio annue-
» re, aliasque in præmissis opportunè pro-
» videre de benignitate Apostolica dignare-
» mur:

„ mur : Nos , qui honestis Fidelium votis li-
„ bentèr annuimus , eaque favoribus prose-
„ quimur oportunis , eumdem Philippum Re-
„ gem , & singulares personas Capitulorum
„ hujusmodi à quibusvis excommunicationis,
„ suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesias-
„ ticis sententiis , censuris , & pœnis , à *jure*,
„ vel ab Homine quavis occasione , vel causa
„ latis (si quibus quomodolibet innodati exis-
„ tunt) ad effectum præsentium dumtaxat con-
„ seqüendum harum serie absolventes , & ab-
„ solutos fore censentes ; necnon Concordiæ, &
„ instrumenti prædictorum veriores tenores
„ præsentibus pro expresis habentes , hujus-
„ modi supplicationibus inclinati , stante con-
„ sensu , seu assensu dictorum xxiv. Capitu-
„ lorum Concordiæ hujusmodi , & desuper
„ confectum instrumentum , & prout illa con-
„ cernunt omnia , & singula in dicto instrumen-
„ to contenta , & inde sequuta quæcumque,
„ Apostolica auctoritate tenore præsentium
„ approbamus , & confirmamus , illisque per-
„ petuæ , & inviolabilis firmitatis robur adji-
„ cimus , supplentes omnes , & singulos tàm
„ juris , quàm facti defectus , si qui forsam in-
„ tervenerint, in eisdem, eaque valida , & effi-
„ cacia esse , ac tàm quoad Capitula , quæ
„ in

Digitized by Google

„in dicta Concordia intervenerunt, & illi
„consenserunt, quàm ab aliis absentibus,
„quæ nullo modo præfatis Concordiæ, &
„distributioni interfuerunt, nec illis consen-
„serunt, necnon ab aliis quos illa concer-
„nunt, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
„Cardinales fuerint, Ecclesiasticas, & alia
„beneficia possidentes inviolabiliter observari
„debere, & ad illorum observationem, & so-
„lutionem prædictis quibusvis juris, & facti
„remediis cogi, & compelli posse debere: sic-
„que per quoscumque Judices, & Commis-
„sarios quavis auctoritate fulgentibus etiam
„causarum Palatii Apostolici Auditores, ac
„Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, su-
„blata eis, & eorum cuilibet, quavis ali-
„tèr judicari debere; & quidquid secus su-
„per his à quoquam quavis auctoritate
„scientèr, vel ignorantèr contingerit attenta-
„ri, irritum, & innane decernimus. Et ni-
„hilominus Venerabilibus Fratribus Paduanen-
„sis, & Segobricensis Episcopis per præsen-
„tes committimus, & mandamus, quatenùs
„ipsi, vel alter eorum pro se, vel alium,
„seu alios præsentes Litteras, & in eis con-
„tenta quæcumque ubi, & quando opus
„fuerit, ac quoties pro parte Philippi Regis,

 „&

Digitized by Google

„& singularum personarum prædictarum fue-
„rint requisiti, solemniter publicantes, eis-
„que in præmissis efficacis defensionis præ-
„sidio assistentes, faciant eosdem Philippum
„Regem, & personas prædictas præmissis
„omnibus, & singulis pacificè frui, & gau-
„dere: Non permittentes eos, vel eorum
„quemlibet contra præsentium tenorem quo-
„modolibet indebitè molestari. Contradictò-
„res quoslibet, & rebelles per sententias,
„censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque
„opportuna juris, & facti remedia (appel-
„latione postposita compescendo) legitimis-
„que super his habendis, servatis processi-
„bus, sententias, censuras, & pœnas ipsas,
„etiam iteratis vicibus aggravando, invoca-
„to etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio
„Brachii Secularis. Non obstantibus piæ me-
„moriæ Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris
„nostri de una, & Concilii Generalis, de dua-
„bus dietis, dummodo non ultra tres dietas,
„quis vigore præsentium ad judicium extra-
„hatur, & aliis constitutionibus, & ordi-
„nationibus Apostolicis; necnon quibusvis
„etiam juramento, confirmatione Apostolica,
„vel quavis firmitate alia roboratis, statu-
„tis, & consuetudinibus, necnon legibus
„etiam

Digitized by Google

„ etiam municipalibus, privilegiis quoque, in-
„ dultis, & Litteris Apostolicis, sub quibus-
„ cumque tenoribus, & formis, ac cum qui-
„ busvis etiam derogatoriarum derogatoriis,
„ aliisque efficacioribus, & insolitis clausu-
„ lis, ac irritantibus, & aliis decretis in ge-
„ nere, vel in specie, etiam motu, & scien-
„ tia similibus, ac alias quomodolibet, etiam
„ iteratis vicibus concessis, approbatis, &
„ innovatis; quibus omnibus, & singulis etiam
„ si de illis, ac totis eorum tenoribus specia-
„ lis, specifica, individua, & expressa men-
„ tio habenda, aut aliqua alia exquisita for-
„ ma ad hoc servanda esset, tenores hujus-
„ modi, ac si de verbo ad verbum insereren-
„ tur, præsentibus pro sufficienter expressis
„ habentis illis aliàs in suo robore permansu-
„ ris, hac vice dumtaxat specialitèr, & ex-
„ pressè derogamus, cœterisque contrariis
„ quibuscumque; seu si aliquibus communi-
„ tèr, vel divisim ab eadem sit Sede indul-
„ tum, quòd interdici, suspendi, vel excom-
„ municari non possint per Litteras Apostoli-
„ cas, non facientes plenam, & expresam, ac
„ de verbo ad verbum de indulto hujusmodi
„ mentionem. Cœterum eos Sanctæ Romanæ
„ Ecclesiæ Cardinales tantùm, quibus pen-

 „ sio-

„siones annuæ super fructibus Ecclesiarum „Cathedralium , & Metropolitanarum , ac „alios Ecclesiasticorum Beneficiorum reserva„tæ reperiuntur , à præmissa contributione „quòad ipsas pensiones volumus esse exemp„tos ; quòdque præsentium transumptis, etiam „impressis , manu alicujus Notarii subscrip„tis , & sigillo alicujus personæ in Dignita„te Ecclesiastica constitutæ munitis , eadem „prorsùs fides judicio , & extra adhibeatur, „quæ ipsis originalibus adhiberetur , si fo„rent exhibitæ , vel ostensæ. Datum Romæ „apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscato„ris die quarta Januarii millesimo quingen„tesimo septuagesimo tertio : Pontificatus „nostri anno primo. Cæsar Glorerius."

BRE-

Digitized by Google

BREVE DEL MISMO PAPA Gregorio XIII. de 28 de Febrero de dicho año de 1573, que inserta, aprueba, y confirmala Concordia del Excusado de la Provincia del Reyno de Aragon del primer quinquenio.

GREGORIUS PP. XIII.

13 "AD futuram rei memoriam. Ea quæ
,,communi partium consensu inter Catholicos
,,Reges, & Ecclesiasticas, ac Seculares per-
,,sonas ad Ecclesiarum utilitatem fiunt, ne de
,,cœtero valeant impugnari, libentèr Apos-
,,tolico munimine roboramus. Sanè Charissi-
,,mus in Christo Filius noster Philippus His-
,,paniarum Rex Catholicus, tàm suo, quàm
,,Venerabilis Fratris Archiepiscopi Cœsarau-
,,gustanæ, ac dilectorum Filiorum universa-
,,rum Ecclesiasticarum, & Secularium per-
,,sonarum in Regno Aragonum consistentium,
,,ac in instrumento inferiùs descripto conten-
,,tarum nominibus exponi nobis nupèr fecit,
,,quòd ipsi providè attendentes fœlicis recor-
,,dationis Pium Papam Quintum Prædecesso-
,,rem nostrum ipsi Philippo Regi primam de-

„cimam cujuscumque Parochialis Ecclesiæ in „omnibus Hispaniarum Regnis, & Insulis illis „adjacentibus per quinquennium à die quo „ipse Philippus Rex gratia prædicta uti cœ- „pisset inchoandum, ad effectum ut ipse Phi- „lippus Rex faciliùs onera sibi incumbentia „ratione fœderis cum eodem Pio Prædecesso- „re,& dilecto Filio nobili Viro Duce,& domi- „nio Venetorum inito supportare posset con- „cessisse, prout in Litteris Apostolicis desu- „per confectis pleniùs continetur. Quòdque „si gratia prædicta, eisdem modo, & for- „ma, quibus concessa est, executioni deman- „daretur, id ex causis per ipsos adductis, „non sine maximo Ecclesiasticorum eorum- „dem perturbatione, & damno esse posset: „cupientesque præmissis ea qua possent ra- „tione sucurrere, cum eodem Philippo Re- „ge concordarunt, prout in instrumento de- „super confecto, cujus tenor talis est. In „Dei nomine Amen. Sit omnibus manifestum, „quòd in Civitate Cœsaraugustanæ Regni „Aragonum die decima quarta mensis De- „cembris anni à Nativitate Domini nostri Je- „su-Christi millessimi quingentessimi septua- „gessimi secundi in Palatio Archiepiscopali „prædictæ Civitatis hora à meridie secunda

„con-

Digitized by Google

convocato, congregato, & unito Statu Eccle-
„ siastico Regni, & Provintiæ Aragonum legi-
„ timè vocato de mandato Excellentissimi D.
„ Ferdinandi ab Aragonia, Dei, & Apostoli-
„ cæ Sedis gratia Archiepiscopi Cœsaraugus-
„ tanæ, & Judicis Metropolitanæ, ac Præsi-
„ dentis prædicti Status Ecclesiastici, prout
„ mihi Lupo Marco, Notario infrascripto, &
„ actuario processus prædictæ convocationis
„ latiùs constat; in qua vocatione, congrega-
„ tione, & unione intervenerunt, & præsen-
„ tes fuerunt infrascripti, & seqüentes, & pri-
„ mò prædictus Excellentissimus Dominus D.
„ Ferdinandus ab Aragonia, Dei, & Aposto-
„ licæ Sedis gratia Archiepiscopus Cœsarau-
„ gustanæ, ut Judex Metropolitanæ, ac Præ-
„ ses prædicti Status Eclesiastici; admodùm
„ Reverendus Dominus Petrus Cerbuna, Doc-
„ tor in Sacra Theologia, Prior, & Canonicus
„ Ecclesiæ Metropolitanæ Sedis Cœsaraugus-
„ tanæ; admodùm Reverendus Dominus Lu-
„ dovicus Serrà in Sacra Theologia Profesor,
„ & Canonicus Cathedralis Oscensis, nomine,
„ ac ut Procurator Reverendissimi Domini D.
„ Didaci de Arnedo, Episcopi Oscensis, cum
„ publico instrumento procuræ in prædicta
„ Civitate Cœsaraugustanæ facto die præsen-
 „ ti,

„ti , ut supra Kalendato , & per me Lupum
„Marcum , Notarium infrascriptum recepto,
„& testificato , ac etiam ut Sindicus , & Pro-
„curator Decani , Canonicorum , & Capituli
„prædictæ Ecclesiæ Oscensi , cum publico
„instrumento procuræ , quod factum fuit in
„prædicta Civitate Oscensi die octava men-
„sis Octobris præsentis anni , ac supra Ka-
„lendati , & per discretum Hijeronimum Cle-
„mentem in prædicta Civitate habitantem,
„ac auctoritatibus Apostolicis per universarum
„Orbem , regia vero per Aragoniæ Regnum
„Notarium publicum receptum , & testifica-
„tum ; ac etiam nomine , & ut Procurator
„Præsidis, Canonicorum , & Capituli Monas-
„terii de Montaragon instrumento publico
„procuræ mediante , facto in prædicto Mo-
„nasterio die decima mensis Octobris præsen-
„tis anni , & supra Kalendati , & per discre-
„tum Joannem de Rosal , Notarium publi-
„cum , ac de numero Civitatis Oscensis re-
„cepto , & testificato ; admodùm Reverendus
„Dominus Joannes Navarro , Officialis Eccle-
„siasticus Civitatis , & Diœcesis Cœsaraugus-
„tanæ nomine , & ut Procurator Reverendis-
„simi Domini D. Francisci de Soto Salazar,
„Episcopi Segobricensis , & Albarracinensis,
„cum

Digitized by Google

„cum instrumento publico procuræ, facto in
„Villa de Madrid quinta die præsentis mensis,
„& anni supra Kalendati, & per discretum
„Dominicum de Leon, Secretarium prædicti
„Domini Episcopi, auctoritateque Apostoli-
„ca Notarium publicum recepto, & testifi-
„cato, ac etiam, ut Procurator admodùm Re-
„verendi Domini D. Caroli Cerdán, Abbatis
„Monasterii Beatæ Mariæ de Beruela, Ordi-
„nis Cisterciensis, Tirasonensis Diœcessis,
„cum publico instrumento procuræ, quod
„factum fuit in prædicta Civitate Cœsaraugus-
„tanæ die decima octava mensis Octobris præ-
„sentis anni, & supra Kalendati, & per me
„Lupum Marco, Notarium infrascriptum re-
„ceptum, & testificatum, ac etiam nomi-
„ne, & ut Procurator admodùm Reverendi
„Domini Fratris Gregorii de Montreal, Ab-
„batis Monasterii Beatæ Mariæ de Santa Fi-
„de, ejusdem Ordinis Cœsaraugustanæ Diœ-
„cesis, cum publico instrumento procuræ
„facto in prædicta Civitate Cœsaraugustanæ
„die prima mensis Novembris præsentis anni,
„ac supra Kalendati, & per discretum Mat-
„theum de Villanueva, Notarium publicum,
„ac de numero Civitatis prædictæ, recepto, &
„testificato, ac etiam nomine, & ut Procu-
„ra-

Digitized by Google

„rator Archipresbyteri, & totius Cleri de „Bandozella præsentis Regni Aragonum, cum „publico instrumento procuræ facto in Villa „de Un-Castillo die septima mensis Novem- „bris anni præsentis, & supra Kalendati, & „per discretum Antonium Sibiana, habitan- „tem in prædicta Villa auctoritate Regia per „totam terram nostri Regis, Notarium pu- „blicum recepto, & testificato; admodum „Reverendus Dominus Joannes Ruiz de Pra- „do, Doctor in Sacra Theologia, Canonicus „Ecclesiæ Cathedralis Tirasonensis nomine, „ac ut Procurator Reverendissimi Domini D. „Petri de Luna, Episcopi Tirasonensi, cum „instrumento publico procuræ facto in præ- „dicta Civitate Cœsaraugustanæ die vigessi- „ma prima mensis Octobris anni præsentis, „& supra Kalendati, & per discretum Petrum „Sanchum, Notarium publicum, & de nume- „ro Civitatis prædictæ recepto, & testifica- „to, ac etiam ut Sindicus, & Procurator De- „cani, Canonicorum, & Rationeriorumque, & „Capituli prædictæ Ecclesiæ cum instrumento „publico procuræ facto in prædicta Civitate „Tirasonensi die decima mensis Octobris anni „præsentis, & supra Kalendati, & per discre- „tum Franciscum Pobar, Notarium publicum,

„&

Digitized by Google

„& de numero prædictæ Civitatis recepto,
„& testificato ; admodùm Reverendus Domi-
„nus Joannes Marco,Decretorum, Doctor Ar-
„chidiaconus Ecclesiæ Metropolis Sedis Cœ-
„saraugustanæ , & Prior Collegiatæ Ecclesiæ
„Beatæ Mariæ de los Corporales Civitatis de
„Daroca nomine , & ut Procurator admodùm
„Reverendi Domini Fratris Michaelis Rubio,
„Abbatis Monasterii de Rueda Cisterciensis
„Ordinis Cœsaraugustanæ Diœcesis cum ins-
„trumento publico procuræ facto in Civita-
„te Cœsaraugustæ die vigessima octava
„mensis Octobris præsentis , & supra Kalen-
„dati anni , & per me prædictum Lupum
„Marco,Notarium recepto , & testificato , ac
„etiam ut Procurator admodùm Reverendi
„Domini D. Fratris Dominici Muñoz , Abba-
„tis Monasterii Beatæ Mariæ de Piedra , dic-
„ti Ordinis Tirasonensis Diœcesis, cum publi-
„co instrumento procuræ facto in prædicta
„Civitate Cœsaraugustanæ die decima octa-
„va præfati mensis Octobris prædicti anni,
„ac per me dictum Notarium recepto , &
„testificato , ac etiam nomine , & ut Procu-
„rator Canonicornm , & Capituli Ecclesiæ
„Collegiatæ Beatæ Mariæ de los Corporales
„prædictæ Civitatis de Daroca cum publico
„ins-

„instrumento procuræ facto in prædicta Ci-
„vitate de Daroca die undecima mensis Oc-
„tobris prædicti, & præsentis anni, & per
„discretum Franciscum Valaguer, Civem
„prædictæ Civitatis, ac Regia auctoritate in
„Regnis Aragonum, & Valentiæ, Notarium
„publicum, recepto, & testificato; admo-
„dum Reverendus Dominus Joannes Hijeroni-
„mus Lopez, Officialis Ecclesiasticus Civita-
„tis, & Diœcesis Cœssaraugustanæ, nomine, &
„ut Procurator admodùm Reverendi Domi-
„ni Joannis Trullo, in Sacra Theologia Li-
„cenciati, Prioris Monasterii Sanctæ Chris-
„tinæ de Summo Portu Canonicorum Regu-
„larium Ordinis Sancti Augustini, cum ins-
„trumento publico procuræ facto in Civita-
„te Jacensis die octava præsentium, ac su-
„pra Kalendatorum mensis, & anni, & per
„discretum Thadeum de la Sala, habitantem
„in prædicta Civitate, auctoritatibusque Apos-
„tolica, ubique Regia verò per Aragonum,
„& Valentiæ Regna Notarium publicum re-
„cepto, & testificato, ac etiam ut Procura-
„tur admodùm Reverendorum Dominorum
„Prioris, Presbyterorum, Beneficiatorum, &
„Confratrum Confraternitatis Cleri decem
„Ecelesiarum Parochialium Civitatis Calata-
„yud,

Digitized by Google

,,yud, cum instrumento publico procuræ fac-
,,to in prædicta Civitate die decima quarta
,,mensis Octobris præsentis, & prækalenda-
,,ti anni, & per discretum Petrum de Sancto
,,Joanne, habitantem in prædicta Civitate de
,,Calatayud, Apostolica ubique terrarum Re-
,,gia, verò in Regnis Aragonum, & Valen-
,,tiæ auctoritatibus Notarium publicum re-
,,cepto, & testificato; admodùm Reverendus
,,Dominus Rodericus Zapata, Decretorum
,,Doctor, nomine, & ut Procurator admodùm
,,Reverendorum Dominorum Prioris, Cano-
,,nicorum, & Capituli Ecclesiæ Collegiatæ
,,Sancti Sepulcri Hierosolímitani Civitatis de
,,Calatayud, cum instrumento publico procu-
,,ræ facto in prædicta Civitate die undecima
,,mensis Octobris præsentis, & supra Kalen-
,,dati anni, & per discretum Joannem An-
,,dream Ferrer, habitantem in prædicta Ci-
,,vitate, auctoritatibusque Apostolica ubique
,,terrarum, Regia vero in Regno Aragonum,
,,Notarium publicum, recepto, & testifica-
,,to; ac etiam nomine, & ut Procurator ad-
,,modùm Reverendorum Prioris, Canonico-
,,rum, & Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Bea-
,,tæ Mariæ de la Peña, prædictæ Civitatis
,,de Calatayud, cum instrumento público
,,pro-

Digitized by Google

„procuræ facto in prædicta Civitate die de-
„cima mensis Octobris prædicti anni præsen-
„tis, & per discretum Martinum Gomez de
„las Cuevas, Notarium publicum, & de nu-
„mero prædictæ Civitatis recepto, & testi-
„ficato; admodùm Reverendus Dominus Gás-
„par Joannes Figueroa, in Sancta Theologia
„Magister, Canonicus Ecclesiæ Metropoli-
„tanæ Cœsaraugustanæ, ut Sindicus, & Pro-
„curator admodùm Reverendorum Domino-
„rum Prioris, Canonicorum, & Capituli præ-
„dictæ Ecclesiæ, cum publico instrumento
„procuræ facto in prædicta Civitate Cœsar-
„augustanæ, die decima sexta mensis Oc-
„tobris prædicti anni, & per discretum Se-
„bastianum Móles, Notarium publicum, &
„de numero Civitatis prædictæ recepto, &
„testificato; admodùm Reverendus Dominus
„Joannes Monton, in Sacra Theologia Licen-
„tiatus, Præcentor, & Canonicus Ecclesiæ
„Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis Civitatis
„de Teruel, nomine, & ut Sindicus, & Pro-
„curator admodùm Reverendorum Domino-
„rum Locumtenentis, Decani, Canonicorum,
„& Capituli prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ
„cum publico instrumento procuræ facto in
„prædicta Civitate, die decima quarta men-
„sis

Digitized by Google

,, sis Octobris prædicti, & præ Kalendati anni,
,, & per discretum Martinum Abril, Civem
,, prædictæ Civitatis auctoritatibus Apostoli-
,, ca per universum Orbem, Regia verò per
,, Regnum Aragonum Notarium publicum, re-
,, cepto, & testificato; admodùm Reverendus
,, Dominus Hijeronimus Rudilla, in Sacra Theo-
,, logia Licenciatus, Canonicus Ecclesiæ
,, Collegiatæ Beatæ Mariæ del Pilar Civita-
,, tis Cœsaraugustanæ, ut Sindicus, & Procu-
,, rator admodùm Reverendorum Dominorum
,, Prioris, Canonicorum, & Capituli prædic-
,, tæ Ecclesiæ cum publico instrumento pro-
,, curæ facto in prædicta Civitate decima sex-
,, ta mensis Octobris prædicti, & præsentis
,, anni, etiam per discretum Matheum de Vi-
,, llanueva, Notarium publicum prædictæ Ci-
,, vitatis recepto, & testificato; admodùm Re-
,, verendus Dominus Michael Valdiri de Aven-
,, tinensis, Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ
,, Beatæ Mariæ de Villa de Mora, Sindicus, &
,, Procurator Prioris, Canonicorum, & Capi-
,, tuli instrumento procuræ facto in prædicta
,, Villa de Mora, die undecima mensis Octo-
,, bris prædicti, & præsentis anni, & per dis-
,, cretum Jacobum Matutanum in prædicta
,, Villa habitantem, auctoritatibus Apostolica
,, per

Digitized by Google

„per universum Orbem, Regia verò per om-
„nia Regna, & Dominia Imperatoris, ac Re-
„gis nostri Notarium publicum recepto, &
„testificato; admodùm Reverendi Domini
„Joannes Lope, & Hieronimus Gutierrez,
„Presbyteri, ut Sindici, & Procuratores ad-
„modùm Reverendorum Dominorum Prioris,
„Canonicorum, Presbyterorum, & Ratione-
„rorum Ecclesiarum Parochialium Civitatis de
„Teruel, cùm publico instrumento procuræ
„facto in prædicta Civitate die decima quar-
„ta mensis Octobris prædicti, & præsentis
„anni, & per discretum Martinum Abril, Ci-
„vem prædictæ Civitatis, & auctoritatibus
„Apostolica ubique terrarum, Regia verò
„in Regna Aragonum Notarium publicum re-
„cepto, & testificato; & prædictus admodùm
„Reverendus Dominus Doctor Petrus Cerbu-
„na, Prior prædictæ Ecclesiæ Metropolis
„Cœsaraugustanæ; Illustrissimus Dominus
„D. Michael Martinez de Luna, Comes de
„Morata, & admodùm Illustris D. Joannes
„Franciscus de Ariño, Dominus Baroniæ de
„Osera, Figueruelas, & Cabañas, nomine,
„& ut Procuratores Illustrissimorum, admo-
„dùmque Illustrium Dominorum D. Joannis
„Ludovici Ferdinandi de Heredia, Comitis de
„Fuen-

Digitized by Google

„Fuentes , D. Joannis Christophori de Iar, „Domini Villæ de Ixar, & Comitis de Bel- „chite ; D. Blasci de Aragon , Comitis de Sás- „tago; D. Joannis de Bardaxi , Domini Baro- „niæ de Sterqüel; D. Petri de Alagon, Do- „mini Baroniæ de Alfaxarin ; D. Caroli „Ferdinandi ab Heredia, Domini de Alfon- „cea ; Martini Cerdan , Domini Locorum de „Castellar , Torres de Berillensis , & Lazaida; „& D. Joannis Cerdán , Domini Baroniæ de „Pinsec , cum publico instrumento procuræ „facto in prædicta Civitate Cœsaraugustanæ, „quantùm autem ad constitutionem Procura- „toris prædicti Domini Comitis de Fuentes, „Martini Cerdán, & D. Joannis Cerdán , die „vigesima octava mensis Octobris, & quòad „constitutionem prædicti Comitis de Belchi- „te , & D. Caroli Ferdinandi ab Heredia die „trigesima prædicti mensis Octobris; quòad „constitutionem prædicti D. Petri ab Alagon „prima die mensis Novembris , quòad verò „constitutionem prædicti Comitis de Sástago, „& D. Joannis de Bardaxi, die tertia prædicti „mensis Novembris prædicti , & Kalendati „anni, & per discretum Petrum Lopez , No- „tarium publicum , & de numero Civitatis „prædictæ , recepto , & testificato ; & ex se,

 „om-

„omnis præfatus Status, ac Provincia Eccle-
„siastica, Secularesque prædicti præsentes
„pro absentibus, & adventuris, cunctique
„prædicti, ut dictum est, congregati, at-
„que conjuncti, compluresque absentes legi-
„timè vocati, ac spectati, quia non compa-
„ruerunt, habiti fuerunt, ut contumaces, ex
„una parte; & Reverendissimus Dominus D.
„Antonius Garcia, Dei, & Apostolicæ Sedis
„gratia, Episcopus Vicensis, Visitator, &
„Vicarius Generalis prædicti Excellentissimi
„Domini Archiepiscopi, & Commissarius
„Apostolicus primæ decimæ cujuslibet Paro-
„chialis in hoc prædicto Regno, & Provincia,
„nomine suæ Majestatis; ex altera parte, qui
„fidem fecit de facultate, quam à sua Majesta-
„te habet ad tractandum, & concordandum cum
„Statu Ecclesiastico, & Secularibus præsenti-
„bus Regni, ac Provincia Aragonum super gra-
„tia, & concessione majoris domus deciman-
„dæ in qualibet Parochia, vulgaritèr nomi-
„nata del Excusado, ad quinquennium S. C. R.
„Majestati Regis D. Philippi Domini nostri
„per fœlicis recordationis Pium Papam quin-
„tum concessa, & per Sanctissimum Domi-
„num nostrum Dominum Gregorium Papam
„Decimum tertium confirmata, & super so-
„lu-

Digitized by Google

„lutione, & exactione illius, firmata, & si-
„gillata manu, ac Sigillo Regio, ac etiam
„Episcopi Segobricensis Comissarii Generalis
„prædicti Excusati, ac refrendata per Secre-
„tarium Joannem à Losilla, qui originaliter
„dedit, & integravit in posce mei prædicti
„Notarii, fuitque in prædicta Congregatione
„de verbo ad verbum lecta, suaque Excellen-
„tia mandavit in prædicto processu inseri,
„cujus tenor est qui sequitur. = D. Philippus
„Dei gratia Rex Castellæ, Legionis, Arago-
„num, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Un-
„gariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Gra-
„natæ, Toleti, Valentiæ, Galitiæ, Majori-
„carum, Hispalis, Sardiniæ, Corduvæ, Corsi-
„cæ, Giennensis, Algarviorum, Algeciræ, Gi-
„braltāris, Insularum Canariæ, Insularum In-
„diæ, & Terræ firmæ Maris Occeani, Archi-
„dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &
„Mediolani, Comes Barchinonæ, Flandriæ,
„& Tirolis, Dominus Cantabriæ, & Molinæ,
„Dux Athenarum, & Neopatriæ, Comes
„Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchio Orista-
„ni, & Gotiani, &c. Ex quo fœlicis recor-
„dationis Pius Papa Quintus, considerando
„magnas expensas, quas habemus, & in dies
„agimus exercitibus, ac Militiis, quas con-

 „ti-

Digitized by Google

„tinuò sustinemus contra immanissimum Tur-
„cam Fidei nomine Sanctæ Catholicæ inimi-
„cum, & alios infideles pro hujusmodi ex-
„pensarum subventione, atque conservatione
„unionis cum sua Sanctitate, & Duce, Se-
„natuque Veneto concessit nobis gratiam per
„Brevem expeditum primæ Domus majoris
„decimandæ, del Excusado nuncupatæ, in
„qualibet Parochia in omnibus Regnis nostris
„Hispaniarum, quam gratiam similitèr nobis
„confirmavit Beatitudo Domini nostri Grego-
„rii Papæ Decimæ tertii; atque cùm Judices
„Executores prædictæ gratiæ, & concessio-
„nis, quibus sua Sanctitas commissit execu-
„tionem hujusmodi, nominaverit ad id per-
„sonas quæ eligerent domos prædictas majo-
„res decimandas, exigerentque fructus ea-
„rum, reliquumque necessarium agerent, ut
„prædicta gratia debitum effectum haberet;
„cumque assignatæ essent prædictæ domus,
„& pro exactione earum fructuum Deputati
„nostri Regni Aragonum nobis supplicave-
„runt; & cum instantia per suas Litteras ac
„supplicationes petierunt, ut ipsius totius
„Regni prædicti nomine, ac aliarum perso-
„narum, quarum interest, concessionem hu-
„jusmodi adimplere concederemus, quòd præ-
„dic-

„dicta gratia, & concessio non exeqüeretur
„ea forma, qua per suam Sanctitatem con-
„cessa fuit, & per eos Executores ordinata,
„sed potiùs contentaremur aliquo medio, &
„concordia cum prædictis personis comprehen-
„sis, repræsentando nobis magnas necessitates
„prædicti Regni, ac Subsidium, quod de
„redditibus Ecclesiasticis solvitur, ac pau-
„pertas Ecclesiarum illius, ac situs in Mon-
„tibus & oppida in quibus Ecclesiasticis gra-
„viter patiebantur; necnon alia inconve-
„nientia, quæ ab executione prædictæ gra-
„tiæ seqüerentur; prout in supplicationibus,
„& memorialibus super id datis pleniùs con-
„tinetur: Id omne per Nos visum, & con-
„sideratum, cumque super id tractatum, &
„alloquutum fuit cum Reverendo in Christo Pa-
„tre Episcopo Segobricensi, Consiliario nos-
„tro, ac Sanctæ Cruciatæ prædictæque gratiæ,
„& concessionis, ac Sanctæ Inquisitionis Ge-
„neralis Commissario, necnon cum aliis nos-
„tri Consilii, quos ad id nominavimus, &
„ita nobiscum consultando fuit concordatum,
„quòd pro bono, & beneficio prædicti Regni
„in genere, & in specie personarum Eccle-
„siasticarum, & Secularium, ad quas gra-
„tiam prædictam adimplere attinet, ac incli-

 „nan-

Digitized by Google

„nando ad id quod deputati prædicti nobis
„supplicarunt, ac etiam, ut faciliùs prædic-
„ta gratia adimpleretur erat habenda ratio
„prædicti Status quo fuit facta Congregatio
„Ecclesiasticarum personarum, & Secularium
„quarum interest prædictiRegni, & in ea cum
„personis per Nos ad id nominatis fuit reso-
„lutum, & concordatum, quòd prædictæ
„personæ in anno quolibet ex quinque pro-
„ximis annis, in quibus prædictæ gratiæ con-
„cessio durat, decem mille libras monetæ
„Regni Aragonum solvant in terminis, &
„placitis, ac cum conditionibus in prædic-
„ta Concordia contentis, prout ordinata, ac
„per præfatum Episcopum Segobricensem, ac
„Joannem de Losilla, Secretarium nostrum, ad
„quem Nos referimus firmata transmittitur; &
„quia pro hujusmodi conclusione necessa-
„rium est, quòd interveniat persona cum pos-
„se, & commissione nostra, ad acceptandum
„prædictas decem mille libras, quas sic da-
„turi sunt pro eo omni quod exigere debea-
„mus de prædictis Domibus decimandis in
„quolibet anno, & ad decernendum supra eo;
„confidendo in te Reverende in Christo Pa-
„ter D. Frater Antonii Garcia, Episcope Uti-
„censis acturo quod ad nostrum servitium
„atti-

„attinet, ut semper soles; per præsentes pos-
„se damus, & facultatem, ut nostro nomine
„possis acceptare à prædicto Ecclesiastico Sta-
„tu, & Seculari prædicti Regni Aragonum
„summam prædictam, & quantitatem præ-
„dictarum decem mille librarum pro omni-
„bus primis domibus decimandis, vulgariter
„del Excusado nuncupatis, quas sua Sancti-
„tas nobis concessit, & possumus recupera-
„re in hujusmodi prædicto Regno in quoli-
„bet anno ex quinque annis prænominatis;
„atque decernere quòd dent, & solvant for-
„ma, & placitis, ac cum conditionibus, quas
„diximus transmitti subscriptas per prædic-
„tum Episcopum Segobricensem, ac per præ-
„dictum Joannem de Losilla refrendatas; &
„quòad id damus posse nostrum omne absolu-
„tum, cum omnibus incidentibus, dependenti-
„bus, annexis, & connexis, tale tanquàm suffi-
„ciens, quale ad hujusmodi casum requiritur;
„atque per præsentes auctoritate nostra, re-
„gioque verbo promitimus, quod deliberatio-
„nem, quam super præfactis susceperis, habe-
„bimus gratam, & firmam, ac observabitur, nec
„tempore aliquo, nec pro parte nostra contra
„illius tenorem, & formam via aliqua ibitur,
„aut venietur. Datum in Villa de Madrid, quin-

 „ta

Digitized by Google

„ta Decembris anno MDLXXII. YO EL REY : Frater Episcopus Segobricensis. Losilla, Secretarius. = Qui omnes, & quilibet eorum prædictis nominibus respectivè ad prædictam concessionem, & gratiam prædictæ *primæ decimæ* cujuslibet Parochialis, *el Excusado* vulgaritèr nuncupatæ, dederunt, firmarunt, & liberarunt in posse mei prædicti Notarii Schedulam quamdam, & capitulationem, secundum formam, collationem & concordiam inter eos factam, tractatam, decretatam, super prædicta concessione, gratia, & solutione prædictæ primæ decimæ cujuslibet Parochialis, Excusado vulgaritèr nuncupatæ, in papiro scriptam, & firmatam per prædictum Reverendissimum Dominum Episcopum Segobricensem Commissarium Apostolicum prædicti Excusati, & per prædictum Secretarium Joannem de Losilla, Secretarium refrendatam, quæ est tenoris seqüentis. = Status Eclesiasticus hujus Regni, & Provinciæ Aragonum, ac Domini Vassallorum, & Seculares interesse habentes in gratia per suam Sanctitatem Regi Domino nostro concessa, & super prædicta prima decima cujuslibet Parochialis vulgo Excusado nuncupatæ acceptant par-

„ti-

Digitized by Google

„ticulare, & insigne beneficium in forma, „qua sua Majestas id recipi vult, cum præ„dicta conditione, & attento quòd Sta„tus Ecclesiasticus est vehementer oneratus „in isto Regno ex causa quartæ decimæ im„positionum, ac vectigalium generalium cum „quibus contribunt Ecclesiastici, & Beneficio„rum fructus ex se admodùm tenues, ac pen„sionibus onerati, ac communiter anni in his „partibus admodùm sterilis, omniaque comer„tia cara, & alterata; & quòd nonnullæ partes „hujus Provinciæ & Regni terminant cum ter„ris Lutheranorum, ubi necesse est, ut tempo„ralitates non adimantur, ut non deficiat ro„bur, & vis quò melius spirituale conservetur: „Et sic, etiam attento quòd Domini Vasallo„rum, & alii quorum est interesse hujus gra„tiæ, non habent ad sustentandum quili„bet pro suis Statu, & conditione, suppli„catur humiliter suæ Majestati, ut dignetur „acceptare hanc parvam contributionem, & „quantitatem, quæ infra enarrabitur, cum „conditionibus, & capitulis seqüentibus: = „Primò enim ad solvendum suæ Majestati pe„cuniæ quantitatem qua convenerint ex cau„sa prædictæ primæ decimæ cujuslibet Pa„rochialis, vulgo Excusado nuncupatæ, te-

„nen-

Digitized by Google

„nentur contribuere Ecclesiæ omnes tàm hu-
„jus Regni, quàm extra, contribuentes ta-
„men in Subsidio, quòd de præsenti Cœsa-
„raugustæ agitur; & quòd Ecclesiæ prædic-
„ti Regni non contribuentes in partitione Sub-
„sidii Cœsaraugustæ, licèt sint Regni Ara-
„gonum, non ingrediantur, nec comprehen-
„dantur sub hac Concordia, sed potiùs re-
„maneant in eodem Subsidii statu in quo
„hactenus fuerunt, absque aliqua super id
„alteratione. Item, quòd in hujusmodi con-
„tributione, quæcumque Ecclesiæ, & perso-
„næ Ecclesiasticæ, vel Seculares comprehen-
„sæ in gratia prædicta per suam Sanctitatem
„Catholicæ Majestati facta, capientes, colli-
„gentes, vel recipientes fructus decimales,
„primitiales, quartos, vel quintos, vel qua-
„vis alia ratione nominatos, modò sint fruc-
„tus decimales, seu primitiales, vel deci-
„mas, primitiasve debentes, teneantur con-
„tribuere. Item, quòd testificata hæc Con-
„cordia, dentur, & liberentur fructus domo-
„rum decimandarum assignatarum, & occu-
„patarum per Commissarios Apostolicos om-
„nibus interesse habentibus, & eorum cuili-
„bet ad quos spectant, vel eorum Arrenda-
„toribus; & quòd exactum fuerit restituatur,
„vel

Digitized by Google

„vel ad computum recipiatur , ita ut pro
„parte præfatæ Provinciæ , ac Personarum
„Ecclesiasticarum , ac Secularium ad quas
„prædicta concessio attinet , satisfieri , &
„persolvi debeant expensæ , & sumptus , qui
„hactenus facti fuerunt per Administratores
„qui super exactione prædictarum deciman-
„darum ædium intenderunt , necnon reliqui
„hucusque facti ; ita ut pro re aliqua supe-
„rius dicta non habeatur recursus ad suam
„Majestatem , nec ad ejus Patrimonium Rea-
„le ; quinimo sua Majestas libera , & exemp-
„ta sit ejus solutione. Item , quòd sua Ma-
„jestas debeat accipere ad computum suum
„partem spectantem ad Sedes vacantes , ac
„ad suos Pensionarios prætendentes se exemp-
„tos esse propter pensiones , quas habent , vel
„habebunt super Beneficiis decimalibus hujus
„Provinciæ ; aut obtineat Breve à sua Sancti-
„tate , ut ab illis recuperari possint. Item,
„quòd ad compellendum illos omnes qui tene-
„buntur ad solutionem juxta prædictam gra-
„tiam , & recusaverint , Commisarii Genera-
„les vim omnem , & facultatem Archiepisco-
„po Cœsaraugustanæ dent , ad cogendum eos
„solvere integrè fructus omnes domorum de-
„cimandarum , assignatarum , & ubi assigna-
„tæ

Digitized by Google

„tæ non fuerint assignandarum per prædic-
„tum Archiepiscopum, quæ domus sint tra-
„dendæ Collectoribus per Congregationem
„Ecclesiasticam nominandis, ut serviant in uti-
„litatem majoris partis contribuentium in so-
„lutione Concordiæ. Item, quòd ad exigen-
„dum, & recuperandum partem, & portio-
„nem, quæ ad unumquemque attigerit, de-
„beat nominare prædicta Congregatio ex
„Collectoribus Ecclesiasticis sibi benè Vissis,
„absque eo quod alia quævis persona extra
„nominatos in eo intendat; quodque collige-
„tur, erit in posse, & penes personas per
„Congregationem nominandas expensis, tamen
„Status Ecclesiastici. Item, quòd prædicta
„Provincia, & supra comprehensi, suæ Ma-
„jestati solvent decem mille libras monetæ
„jacensis, ac decem regalios Castellanos pro
„libra quolibet anno ad tempus quinque
„annorum in duobus æqualibus solutioni-
„bus, quarum prima erit in mense Junii
„MDLXXIII, secunda vero in fine mensis No-
„vembris ejusdem anni, & sic ex inde, sal-
„vo semper beneplacito Sedis Apostolicæ.
„Item, quòd pro parte suæ Majestatis, ac
„prædicti Status Ecclesiastici, & Provin-
„ciæ hujus Regni supplicetur suæ Sanc-
„ti-

Digitized by Google

,,titati, ut concedat Breve in quo confirmet,
,,& approbet hanc Concordiam, ut Ecclesiæ
,,omnes, & personæ Ecclesiasticæ, ac Secu-
,,lares superius comprehensi, tàm præsentes,
,,quàm etiam absentes teneantur adimplere.=
,,F. Episcopus Segobricensis: Losilla, Secre-
,,tarius.= Quæ prædicta Capitulatio, & Con-
,,cordia, sicut dictum est, in præsentia Ex-
,,cellentissimi Domini Archiepiscopi, Judicis,
,,& Presidentis prædicti Status, atque Pro-
,,vintiæ mihi prædicto Notario tradita, data,
,,& liberata omnes supra nominati prædictis
,,nominibus, ut superius respectivè continetur,
,,unanimes, & concordes, & nemine eorum dis-
,,crepante nec contradicente dixerunt, quòd
,,approbabant, & confirmabant, approba-
,,runtque, & confirmarunt omne in prædicta
,,Schedula, (si mavis Concordia) contentum;
,,atque promittebant, & promisserunt illam,
,,ac omne in ea contentum firmiter, & cum
,,effectu tenere, servare, & adimplere, nec
,,contra illam, seu illud in parte aliqua venire,
» nec assensum in contrarium præstare; & om-
» nis prædictus Status Ecclesiasticus pro parte
» superius nominati, ac prædicti Prior Cœsa-
» raugustæ, ac Domini Seculares suis propriis
» nominibus, ac principalium suorum, ultra pœ-
» nas,

Digitized by Google

„nas, & censuras in Bulla Apostolica gratiæ,
„& concessionis prædictæ primæ decimæ cu-
„juslibet Parochialis, Excusado vulgo nuncu-
„patæ, suis propriis nominibus, ac virtute præ-
„dictorum suorum mandatorum respectivè
„obligarunt prædictum Statum Ecclesiasticum
„prædicti Regni, ac Provinciæ Aragonum,
„necnon Dominos Seculares supra nominatos,
„ad dandum, & solvendum suæ Majestati, &
„cui sua Majestas mandabit prædictam sum-
„mam, & quantitatem præfatarum quinqua-
„ginta mille librarum monetæ Jacensis, ac
„decem regalios Castellanos pro libra, in præ-
„dicta præinserta capitulatione mentionata, &
„specificata, ad placita, & terminos in præ-
„dicta Concordia præscriptos, & decretos,
„necnon forma, & modo, quo in ea dicitur,
„& continetur; & ad id omne personas pro-
„prias, annuosque redditus omnes, ac bona
„mobilia, & immobilia prædicti Status, nec-
„non personas, bonaque propria, ac suorum
„prædictorum principalium, ac cujuslibet eo-
„rum, tàm habita, quàm habenda in genere,
„& in specie obligarunt; facultatemque de-
„derunt quibusvis Commissariis prædictæ pri-
„mæ decimæ cujuslibet Parochialis, Excu-
„sado vulgo nuncupatæ, necnon aliis qui-
„bus-

» busvis Judicibus, & Justitiis, tàm Eccle-
» siasticis, quàm Secularibus, quorumcumque
» Regnorum, Terrarum, ac Dominiorum, ut
» non adimplendo, nec solvendo prædictam
» summam, & quantitatem, in prædictis
» placitis, & terminis, ut dictum est, agant,
» mandentque agere integram executionem
» in personis, & bonis prædicti Status, ac
» etiam propriis suis personis, ac prædicto-
» rum suorum principalium, & in eo agant,
» atque utantur suis omnibus viribus, &
» rigoribus necessariis, suæ Majestati, ac
» prædictis Commissariis, & Judicibus bene-
» visis, quousque realiter, & cum effectu
» prædictus Status agat, & adimpleat omne
» superius dictum, cum expensis sua culpa
» accesivis; & renunciarunt propriis suis Judi-
» cibus ordinariis, & localibus, necnon proprio
» foro, & aliis omnibus quibuscumque juribus,
» legibus, privilegiis, usibus, consuetudinibus,
» & observationibus prædicti Regni, & Pro-
» vinciæ, necnon omnibus aliis quibusvis ra-
» tionibus, exceptionibus, dilationibus, bene-
» ficiis, & defensionibus, superius dicto repug-
» nantibus, & contradicentibus quibus sese
» jubare possent, & valere, quacumque via,
» & jure dicenti, generalem renuntiationem

» non

Digitized by Google

» non valere; & similiter prædictus Dominus
» Episcopus Uticensis suæ Majestatis nomine,
» & juxta tenorem mandati, & commissionis
» regiæ supra insertæ promissit, cum auctorita-
» te, & verbo regio suæ Majestatis, quòd *sua*
» Majestas habebit, servabit, & *adimplebit*
» inviolabiliter omnes, & unamquamque rem
» pro prædicta Concordia ad suam Majestatem
» spectantem servare, & adimplere, & con-
» tra illam, seu illas nullo in tempore ali-
» qua ratione ibitur, aut venietur. De quibus
» omnibus rebus, & earum qualibet, partes
» omnes prædictæ ex utraque partes supra-
» dictis nominibus respective pro conserva-
» tione sui juris, ac prædictorum suorum
» principalium, & eorum cujuslibet requisi-
» verunt per me dictum, & infrascriptum No-
» tarium fieri instrumentum publicum, &
» illud continuari in prædicto processu, quod
» actum fuit die, mense, anno, & loco su-
» perius in principio Kalendatis, præsentibus
» pro testibus ad id omne vocatis, & roga-
» tis, Martino Sanchez de Mendieta, Notario,
» & Joanne Martinez, Scriba, habitantibus in
» prædicta Civitate Cœsaraugustana: Et ego
» Lupus Marco, Civis Cœsaraugustanus, mi-
» les Pius de numero participantium Sanctis-
» si-

Digitized by Google

„simi Domini nostri Papæ, ac dicti Excel-
„lentissimi Domini Archiepiscopi Secretarius,
„auctoritatibusque Apostolica ubique regia ve-
„ro per Aragonum, & Valentiæ Regna, publi-
„cus Notarius, præcitatique processus in dicta
„Congregatione Scriba, qui præinsertum pu-
„blicum capitulationis instrumentum aliena,
„& propria manu scriptum à dicto suo origi-
„nali processu extraxi, & cum eo bene, & fi-
„deliter comprobari. Ideo, & quare etiam
„præmissis omnibus, cum prænominatis tes-
„tibus interfui in testimonium veritatis hic
„me subscripsi rogatus, & requisitus. Fac-
„tum, extractum, correctum, & concorda-
„tum fuit hoc præsens translatum à prædic-
„ta capitulatione, & Concordia originali,
„quæ per prædictum Lupum Marco, Nota-
„rium subscripta est in Villa de Madrid, re-
„sidente in ea Curia, & Consilio suæ Ma-
„jestatis die trigesima mensis Decembris
„MDLXXII: præsentibus testibus Hieronimo
„Michaeli, & Hieronimo Despas, & Fran-
„cisco de Villarreal, in hac Curia residenti-
„bus. Et ego Philippus de Albici, Notarius
„publicus Apostolicus, & Scriba Catholicæ
„Majestatis in Curia sua, omnibusque ejus
„Regnis, & Dominiis, qui præmmissis interfui,

 „cum

Digitized by Google

„cum prænominatis testibus fidem facio, quòd
„hujusmodi translatum certum est, & ve-
„rum, & concordat cum originali; atque pro-
„inde in testimonium veritatis meum solitum
„hic apposui signum tale: Philippus de Al-
„bizi.= Cum autem sicut eadem petitio sub-
„jungebat firmiora sint ea quibus sedis Apos-
„tolicæ intercedit auctoritas, idemque Phi-
„lippus Rex, & personæ prædictæ cupiant,
„præmissa omnia, & singula etiam nostro, &
„Sedis Apostolicæ munimine roborari, idem
„Philippus Rex nominibus prædictis Nobis hu-
„militer supplicari fecit, ut huic suo hones-
„to desiderio annuere, aliasque in præmissis
„oportune providere de benignitate Apostoli-
„ca dignaremur: Nos ipsarum personarum
„commoditatibus, ac ipsius Philippi Regis
„votis quantum in Nobis est annuere satagen-
„tes, eumdemque Philippum Regem, ac sin-
„gulas personas hujusmodi à quibusvis ex-
„communicationis, suspensionis, & interdic-
„ti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censu-
„ris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis
„occasione, vel causa latis, si quibus quomo-
„dolibet innodatis existunt ad effectum præ-
„sentium dumtaxat consequendum, harum se-
„rie absolventes, & absolutos fore censen-
„tes;

Digitized by Google

„tes ; hujusmodi supplicationibus inclinati,
„Concordiam , & desuper confectum instru-
„mentum , prædicta, acprout illa concernunt,
„omnia , & singula in eo contenta , & inde
„sequuta quæcumque , auctoritate Apostolica
„tenorem præsentium approbamus , & con-
„firmamus , illisque perpetuæ , & inviolabi-
„lis firmitatis robur adjicimus, supplentes om-
„nes , & singulos , tàm juris , quàm facti de-
„fectus, si qui forsan intervenerint in eisdem,
„eaque valida, & efficacia fore , ac ab omnibus
„quos illa concernunt , etiamsi Concordiæ
„hujusmodi non intervenerint , nec illi con-
„senserint , etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
„Cardinales fuerint , Ecclesias , & alia Bene-
„ficia Ecclesiastica possidentes inviolabilitèr
„observari debere , & ad illorum observatio-
„nem , & solutionem , prout in dicta Con-
„cordia continetur , quibusvis juris , & facti
„remediis cogi , & compelli posse ; sicque
„per quoscumque Judices , & Commissarios,
„quavis auctoritate fulgentes , etiam causa-
„rum Palatii Apostolici Auditores , ac Sanctæ
„Romanæ Ecclesiæ Cardinales , sublata eis,
„& eorum cuilibet quavis aliter judicandi fa-
„cultate , judicari debere, ac quidquid secus
„super his à quoquam quavis auctoritate scien-
 „ter,
Digitized by Google

„vel ignoranter contigerit attentari, irritum,
„& innane decernimus; & nihilominus Vene-
„rabilibus Fratribus Paduanæ, & Segobricen-
„sis Episcopis per præsentes committimus, &
„mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum
„per se, vel alium, seu alios præsentes Lit-
„teras, & in eis contenta quæcumque ubi,
„& quando opus fuerit, ac quoties pro par-
„te ipsius Philippi Regis, & singularum per-
„sonarum prædictarum fuerint requisiti so-
„lemniter publicantes, eisque in præmissis
„efficacis defensionis præsidio assistentes fa-
„ciant eosdem Philippum Regem, & perso-
„nas prædictas præmissis omnibus, & singu-
„lis pacifice frui, & gaudere; non permit-
„tentes eos, vel eorum quemlibet contra præ-
„sentium tenorem quomodolibet indebitè mo-
„lestari; Contradictores quoslibet, & rebelles
„per sententias, censuras, & pœnas, aliaque
„opportuna juris, & facti remedia, appella-
„tione postposita, compescendo, legitimis-
„que super his habendis, servatis processibus,
„sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam
„iteratis vicibus aggravando, invocato etiam
„ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii Se-
„cularis. Non obstantibus piæ memoriæ Bo-
„nifacii Papæ Octavi, etiam Prædecessoris
„nos-

„ nostri de una, & Concilii Generalis de dua-
„ bus, non tamen tribus dietis, & aliis cons-
„ titutionibus, & ordinationibus Apostolicis à
„ quibusvis etiam juramento, confirmatione
„ Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-
„ ratis, statutis, & consuetudinibus, necnon le-
„ gibus, tàm Sinodalibus, quàm municipalibus,
„ privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apos-
„ tolicis, sub quibuscumque tenoribus, & for-
„ mis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum
„ derogatoriis, aliisque efficacioribus, & in-
„ solitis clausulis irritantibusque, & aliis de-
„ cretis in genere, vel in specie, ac alias quo-
„ modolibet concessis, confirmatis, approba-
„ tis, & innovatis: Quibus omnibus, etiamsi
„ de illis, eorumque totis tenoribus specialis,
„ specifica, & expressa mentio habenda, aut
„ aliqua alia exquisita forma ad hoc ser-
„ vanda foret, tenores hujusmodi acsi de
„ verbo ad verbum insererentur, præsentibus
„ pro expressis habentes, illis aliàs in suo ro-
„ bore permansuris, hac vice dumtaxat, spe-
„ cialitèr, & expressè derogamus, cœterisque
„ contrariis quibuscumque; aut si aliquibus
„ communiter, vel divisim ab eadem sit Sede
„ indultum, quod interdici, suspendi, vel ex-
„ communicari non possint per Litteras Apos-

 „ to-

Digitized by Google

„tolicas, non facientes plenam, & expressam, „ac de verbo ad verbum de indulto hujus- „modi mentionem. Cœterum volumus, quòd „omnes, qui pensiones, & fructuum reser- „vationes à quibuscumque impositionibus, „Subsidiis, mediis fructibus, & alias à præ- „senti contributione exemptas, percipiunt, „etiamsi de illis donationem liberam, & quæ „dicitur inter vivos à titularibus, & Benefi- „ciatis, & forsan regressum, seu accessum „ob illarum non solutionem ad Beneficia, & „obligationes quascumque etiam in forma Ca- „meræ habuerint, eos omnino ad illorum so- „lutionem, & contributionem pro rata eos „tangentibus tenori in omnibus, & per om- „nia, perindè, acsi exemptio præfata, & do- „nationes quæcumque, & aliæ desuper pœ- „næ impositæ, & obligationes factæ, nulla- „tenus concessæ fuissent. Ab hac tamen vo- „luntate nostra eos S. R. E. Cardinales tan- „tum quibus pensiones annuæ super fruc- „tibus Ecclesiarum Cathedralium, & Metro- „politanarum, & aliorum Beneficiorum re- „servatæ reperiuntur, quòad ipsas pensiones „dumtaxat eximimus. Et quia difficile foret „præsentes ad singula quæque Loca in qui- „bus illarum publicatio erit facienda deferri

„pos-

Digitized by Google

„possint, statuimus, quod transumptis manu „alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo „alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica „constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhi„beatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, „si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Ro„mæ apud Sanctum Petrum sub Annullo Pis„catoris die XXVI. Februarii MDLXXIII. Ponti„ficatus nostri anno primo. Cœsar Glorierius."

BREVE DEL MISMO PAPA Gregorio XIII. de 20 de Julio de 1573, que inserta, aprueba, y confirma la Concordia del Excusado de la Provincia de Tarragona del primer quinquenio.

GREGORIUS PP. XIII.

"AD futuram rei memoriam. Ea quæ „communi partium assensu inter Catholicos „Reges, & Ecclesiasticas personas facta fuis„se dicuntur, ne de cœtero valeant impug„nari, libenter Apostolico munimine robora„mus. Sanè Charissimus in Christo Filius nos„ter Philippus Hispaniarum Rex Catholicus,

„ tàm suo, quàm dilectorum Filiorum nostro-
„ rum Gasparis tituli Sanctæ Balbinæ Presby-
„ teri Cardinalis Cervantes nuncupati; & uni-
„ versarum personarum Ecclesiasticarum Pro-
„ vinciæ Tarraconensis, & Episcopatus Elnen-
„ sis infrascripto instrumento contentorum no-
„ minibus exponi nobis nuper fecit, quòd
„ tàm ipse Gaspar Cardinalis, qui Ecclesiæ
„ Tarraconensis ex dispensatione Apostolica
„ præesse dignoscitur, quàm aliæ personæ
„ prædictæ providè attendentes, fœlicis recor-
„ dationis Pium Papam V. Prædecessorem nos-
„ trum ipsi Philippo Regi primam decimam
„ cujuscumque Parochialis Ecclesiæ in omni-
„ bus Hispaniarum Regnis, & Insulis illis ad-
„ jacentibus per quinquennium à die quo
„ ipse Philippus Rex gratia prædicta uti cœ-
„ pisset inchoandum, ex certis tunc ex-
„ pressis causis concessisset, prout in Lit-
„ teris Apostolicis desupèr confectis pleniùs
„ continetur; quodque si gratia prædicta eis
„ modo, & forma, quibus concessa est, exe-
„ cutioni demandaretur, id non sine maxima
„ Ecclesiarum perturbatione esse posset; cu-
„ pientesque præmissis ea qua possunt sucur-
„ rere, cum eodem Philippo Rege Filio nos-
„ tro infrascripto instrumento contento con-
„ cor-

„ cordarunt , cujus instrumenti tenor sequi-
„ tur videlicet : In Dei nomine. Noverint uni-
„ versi , quòd Nos Gaspar miseratione divina
„ tituli Sanctæ Balbinæ Sanctæ Romanæ Eccle-
„ siæ Presbyter Cardinalis Cervantes nuncupa-
„ tus , Sanctæque Tarraconensis Ecclesiæ Ar-
„ chiepiscopus , Dominique Petrus Aguilò,
„ Prior Monasterii Scala Dei , Ordinis Carthu-
„ siensis , Tarraconensis Diœcesis ; Bernardus
„ de Sant-Clement , Prior , seu perpetuus Com-
„ mendatarius Monasterii Beatæ Mariæ de Ser-
„ rabont , Ordinis Sancti Augustini , Elnensis
„ Diœcesis ; Bartholomæus Sarret, Procurator
„ Illustris Reverendissimi Domini Antonii Au-
„ gustini , Episcopi Illerdensis ; Jacobus Añi-
„ go , Rector de Tibisa , Procurator Illustris,
„ & Reverendissimi Domini Martini à Cordu-
„ va , & de Mendoza , Episcopi Detursensis;
„ Michael Torrel , Sachrista Ecclesiæ Colle-
„ giatæ Sancti Felicis Gerundensis , Procura-
„ tor Illustris , & Reverendissimi Domini Bene-
„ dicti de Jocco , Episcopi Gerundensis ; Fran-
„ ciscus Maditona , Archidiaconus Sancti Lau-
„ rentii , Canonicus , & Sindicus Reverendi
„ Capituli Ecclesiæ Tarraconensis ; Hieroni-
„ mus Comes , Canonicus , & Sindicus Reve-
„ rendi Capituli Ecclesiæ Illerdensis ; Ferdi-
„ nan-

Digitized by Google

„ nandus Vilar , Archidiaconus Silvensis , Ca-
„ nonicus , & Sindicus Reverendi Capituli
„ Ecclesiæ Pertusensis ; Jacobus Bergada , Ca-
„ nonicus , & Sindicus Reverendi Capituli Ec-
„ clesiæ Vicensis ; Onofricus Madesmunt , Ca-
„ nonicus , & Sindicus Reverendi Capituli Ec-
„ clesiæ Elnensis ; Frater Martinus Joannes de
„ Calder , Monachus , Vicarius Generalis , &
„ Procurator Reverendi , ac nobilis Domini Lu-
„ dovici de Servilione , Abbatis Monasterii
„ Sancti Cucuphatis Vallensis , Ordinis Sancti
„ Benedicti , Barchionensis Diœcesis ; Frater
„ Gabriel Sugranies , Monachus , & Procurator
„ Reverendi Fratris Hieronimi Contijoc , Ab-
„ batis Monasterii Sanctarum Crucium , Ordi-
„ nis Cisterciensis , Tarraconensis Diœcesis;
„ Frater Franciscus Caraps , Monachus , & Ele-
„ mosinarius , ac Procurator Reverendi Cle-
„ mentis Maii , Abbatis , seu perpetui Com-
„ mendatarii Monasterii Beatæ Mariæ Rivipul-
„ li , Ordinis Sancti Benedicti , Vicensis Diœ-
„ cesis ; & Frater Gabriel Prats , Monachus,
„ & Procurator Reverendi Fratris Joannis de
„ Guimera , Abbatis Monasterii Beatæ Mariæ
„ Populeti , dicti Ordinis Cisterciensis , dictæ
„ Tarraconensis Diœcesis , in quadam Aula
„ Palatii Archiepiscopalis Tarraconensis nomi-

„ na-

Digitized by Google

» nati la Pabordia, legitime pro infrascriptis,
» & aliis negotiis convocati, & congregati,
» Sacrum Provinciale Concilium Tarraconen-
» sem facientes, & celebrantes, universalem
» Clerum, & Statum totius Provinciæ Tar-
» raconensis, & Episcopatus Elnensis, ac
» omnes, & singulos Prelatos, Clericos, &
» personas Ecclesiasticas ejusdem repræsentan-
» tes, attendentes, & considerantes, quòd sub
» die Martis decima septima mensis Februa-
» rii proximè elapsi anni currentis à Nati-
» vitate Domini millesimi quingentesimi sep-
» tuagesimi tertii, Nos prædictum Provin-
» ciale Concilium celebrantes, & continuan-
» tes, interesentibusque in eadem Congregatio-
» ne unà nobiscum dicto Gaspare Cardinale,
» & Archiepiscopo prænominato, Reverendis
» Fratribus nostris Antonio Augustino, Epis-
» copo Illerdensis; Martino à Cordova &
» Mendoza, Episcopo Detursensi; Benedicto
» de Jocco, Episcopo Gerundensi, ac Venera-
» bili Procuratore Reverendi Fratris nostri
» *Dimæ* Loris, Episcopi Urgellensis, & Vene-
» rabilibus Abbatibus Monasteriorum Sancti
» Cucuphatis Valentinensis, Sanctarum Cru-
» cium Populeti, & de Sarratei, & aliis Prio-
» ribus, necnon & Sindicis, & Procuratoribus
» Ca-

» Capitulorum Ecclesiarum Tarraconensis,
» Barchinonensis, Gerundensis, Illerdensis, De-
» tursensis, Urgellensis, & Vicensis, & alio-
» rum Abbatibus, & Monasteriorum absen-
» tium Procuratoribus, maturo, & digesto præ-
» eunte tractatum fuisse conclusum, & de-
» cretum, quòd humili supplicatione pro par-
» te, ac vice, & nomine hujusmodi Provin-
» cialis Concilii Sacræ Catholicæ, & Regiæ
» Majestati Domini nostri Philippi Hispania-
» rum Regis prorrigenda supplicaretur, qua-
» tenùs pro sui solita benignitate, & clemen-
» tia dignaretur componere, & concordare,
» pro portione, & parte ad Nos, & univer-
» sum Clerum, & Statum hujus nostræ Pro-
» vinciæ Tarraconensis, & Episcopatus Elnen-
» sis pertinente ex fructibus primæ decimæ,
» seu domus decimariæ cujuscumque Paro-
» chialis Ecclesiæ suæ Catholicæ Majestati
» per quinquennium debitis, & persolvendis
» in his, & Hispaniarum Regnis, & Insulis
» adjacentibus virtute gratiæ Apostolicæ per
» fœlicis recordationis Pium V. Pontificem
» Maximum, eidem concessæ, & demùm
» per Sanctissimum Dominum nostrum Grego-
» rium XIII. eadem Apostolica auctoritate
» confirmatæ, cum majori adjutorio, & com-
» mo-

Digitized by Google

»modo, & minori difficultate dicti Status
»Ecclesiastici; & quòd pro inde rationibus
»dictorum fructuum dictæ primæ decimæ
»ad Nos spectantium, & contingentium pro-
»mitterentur solvi suæ Majestati, & Ærario
»suo, nostri ex parte, & nomine nostro,
»ac toti Cleri universalis hujus nostræ Pro-
»vinciæ Tarraconensis, & dicti Episcopatus
»Elnensis annis singulis, durante tempore
»dictæ gratiæ, & concessionis Apostolicæ,
»septem mille libræ Barchinonensis monetæ,
»ad rationem, & summam viginti solidorum
»Barchinonensis, pro singula quæque libra:
»Et attendentes insuper quòd omnes, & sin-
»guli Prelati, Abbates, Priores, Capitula, &
»aliæ personæ Ecclesiasticæ in Conciliis Pro-
»vincialibus intervenire sòlitæ per Nos dic-
»tum Cardinalem, & Archiepiscopum per nos-
»tras patentes litteras, legitima præeunte ci-
»tatione, ad illud fuerunt vocatæ, omnes pro
»Nobis, & nomine nostro, ac dictarum
»Ecclesiasticarum totius Provinciæ Tarra-
»conensis, & Episcopatus Elnensis univer-
»salem Clerum, & Statum Ecclesiasticum
»ejusdem repræsentantes, considerantes, &
»prospicientes prædictam gratiam Apostoli-
»cam, & ejus totalem, & debitam execu-
„tio-

Digitized by Google

»tionem ex animo optantes, & suæ Majes-
»tati Catholicæ servire cupientes (cum pac-
»tis tamen, & conditionibus infrascriptis, &
»non sine eis, acsi & quando placuerit hu-
»jusmodi conventio, & concordia Sanctissimo
»Domino nostro Papæ, & ejus Sanctæ Sedi
»Apostolicæ, & non aliàs, aliter, nec alio mo-
»do): de certa scientia, & gratis, ac eis melio-
»ribus, via, modo, & forma, quibus melius
„scimus, & de jure possumus, & debemus,
„per solemnem stipulationem convenimus, &
„bona fide promittimus præfatæ Catholicæ,
„& Regiæ Majestati Domini nostri Philippi
„Hispaniarum Regis Pontentissimi, & quibus
„ipse voluerit, seu ad hujusmodi exactionem,
„faciendam destinaverit, quòd dabimus, &
„solvemus annis singulis, durante dicto quin-
„quennio, in Civitate Barchinonæ, seu Regiæ
„Majestati, seu personæ, seu personis ab eo
„deputandis, pro portione, & parte ad Nos,
„& universalem Clerum, & Statum hujus
„nostræ Provinciæ Tarraconensis, & dicti
„Episcopatus Elnensis pertinente, ex fructi-
„bus dictæ domus decimariæ in dicta gratia
„Apostolica concessæ, septem mille libras
„dictæ Barchinonensis monetæ, ad rationem
„videlicèt viginti solidorum pro singula qua-
„que

„que libra, in duabus æquis solutionibus,
„quarum prima, quæ erit trium millium, &
„quingentorum librarum, erit, & fiet in ul-
„tima die mensis Septembris proximè venturi
„anni currentis: altera autem ultima die men-
„sis Martii anni venturi millesimi quingen-
„tesimi septuagesimi quarti, & sic succesi-
„vè in singulis annis residuis, durante, ut
„præfertur, dicto quinquennio: Quas pro-
„mittimus solvere, & transportare nostris ex-
„pensis, & periculo in dicta Civitate Barchino-
„næ, in prædictis terminis dictarum solutio-
„num, durante dicto quinquennio, facienda-
„rum, sine aliqua videlicet dilatione, excu-
„satione, & exceptione, & absque omni
„damno, gravamine, missione, & interesse
„dictæ suæ Catholicæ, & Regiæ Majestatis,
„& alterius cujuscumque personæ per ipsam
„ad dictam exactionem faciendam deputan-
„dæ, & nominandæ; pacta vero, & con-
„ditiones, quibus dictas septem mille li-
„bras anno quolibet, durante dicto quin-
„quennio, suæ Majestati Regiæ solvere
„promittimus continentur in quibusdam capi-
„tulis, quæ sunt tenoris hujusmodi: Primò,
„quòad solutionem quantitatis præfatarum sep-
„tem mille librarum singulis annis, durante
„dic-
Digitized by Google

„dicto quinquennio, modo prædicto solven-
„darum, teneantur contribuere omnes Eccle-
„siæ, & Personæ Ecclesiasticæ fructus de-
„cimales quomodocumque recipientes in hac
„Provincia Tarraconénsi, & Episcopatu El-
„nensi; & quòd hoc intelligatur, tàm de Eccle-
„siis, & personis Ecclesiasticis fructus decima-
„les percipientibus in præsenti Cathaloniæ
„Principatu, & commitatibus Rossilionis, &
„Cœritaniæ, quàm etiam in Regnis Arago-
„num, & Valentiæ; & Insulæ Evicæ, Archi-
„episcopatus videlicet Tarraconensis, Episco-
„patus Illerdensis, Detursensis, & Urgellensis,
„quamvis partes, quas percipiunt, sint decima-
„les, quartas, quintas, sexsenas, septenas, octa-
„vas, novenas, oncenas, aut aliter qualiter-
„cumque. Et quia ex Episcopatu Illerdensis
„Apostolica auctoritate fuit separata, & se-
„gregata Abbatia Sancti Victoriani, unà cum
„quibusdam Parochialibus Episcopatus ejus-
„dem, & eæ omnes eadem auctoritate Apos-
„tolica fuere unitæ, & applicatæ Episcopatu
„Barbastiensi, sive de Barbastro noviter in
„Regno Aragonum erecto sub Provincia Cœ-
„saraugustana, in quarum quidem Parochia-
„lium compensationem conceditur, & appli-
„catur Illerdensi Episcopatu alter numerus
„Pa-

Digitized by Google

„Parochialium, multi minor, quòd prædicto
„quinquennio durante, tàm prædicta Abba-
„tia, quàm aliæ Ecclesiæ ejusdem Ordinis in
„retroactis Subsidiis solitæ contribuere in
„præsenti Provincia Tarraconensi, unà, &
„cum dictis Parochialibus à prædicto Iller-
„densi Episcopatu segregatis contribuant in
„solutionibus quantitatis in præsenti instru-
„mento solvi promissæ dicto quinquennio
„(uti fertur) durante. Et quòd Ecclesiæ no-
„viter affixe, & unitæ contribuant, durante
„dicto tempore, in solutione ad Regnum Ara-
„gonum pertinente, & spectante. Et insuper
„etiam quia in Episcopatu Detursensi, in ea
„parte, quæ est de Regno Valentiæ, reperitur
„certus Ecclesiarum Parochialium numerus,
„quarum decimæ recipiunt personæ Ecclesias-
„ticæ, & partim Mensa Magistralis prædicta,
„teneantur contribuere, & realiter contribuant
„in prædictis solutionibus pro parte decimali,
„quæ includitur in prædicto Detursensi Epis-
„copatu præsentis Provinciæ Tarraconensis.
„Præterea, quòd mandetur restitui, & reali-
„tèr restituantur omnes domus decimales, vel
„non decimales, designatæ, vel occupatæ in
„toto, vel in parte per Commissarios, & Exe-
„cutores Apostolicos, unà, & cum omnibus

Digitized by Google

„fructibus, & rebus eorumdem hac de causa „occupatis, & receptis, quamvis fructus ip- „si decimales, vel non decimales, seu eorum „pretia, fuerint in posse dictorum Commissa- „riorum, aut alterius cujuscumque personæ. „Et quòd fructus ipsi absque ulla deductio- „ne, seu diminutione tradantur, & restituan- „tur illi personæ, vel personis, quas *hac* „Provincia Tarraconensis designaverit, seu no- „minaverit, aut restituantur, & restitui pos- „sint his ad quos spectant: Et quòd intelliga- „tur pro rata contingente, & spectante ad „Stamentum Ecclesiasticum hujus Provinciæ, „& ad omnes, & singulas personas, vel „Ecclesias ejusdem, tàm in Cathalonia, quàm „in Regnis Aragonum, & Valentiæ, ac Insula „Evizæ: Et quòd hujusmodi restitutio fiat li- „berè, & absque ulla retentione, vel exac- „tione, aut solutione alicujus pretii pro dicta „restitutione facienda, ex quò præsens Pro- „vincia pro his, & aliis quibuscumque ex- „pensis hucusque factis per Ministros suæ Sa- „cræ Catholicæ, & Regiæ Majestatis, vel „alios quoscumque obtulit, & solvere pro- „missit mille libras dictæ monetæ. Rursùs, „quòd vacante aliqua Sede ex Ecclesiis hujus „Provinciæ, durante tempore ipsius vacationis, „illud

Digitized by Google

„illud totum , & quidquid per eam ipsam va-
„cantem Ecclesiam solvendum erit , cedat in
„exonerationem consimilis quantitatis in favo-
„rem hujus Provinciæ , ita, & talitèr , quòd
„eam sua Sacra Catholica Majestas in compu-
„tum recipiat , & habeat pro soluta. Et in-
„super, quòd in hujusmodi solutionibus ratio-
„ne dictæ domus decimariæ , suæ Majestatis
„per dictam Provinciam modo prædicto sol-
„vi promissis contribuant , & contribuere te-
„neantur omnes habentes , vel recipientes pen-
„siones auctoritate Apostolica reservatas (quam-
„vis Cardinalatus , vel alia quacumque pre-
„fulgeant dignitate) pro parte , & rata illis
„contingente ; & quòd pro his sua Sacra Ca-
„tholica Majestas litteras obtineat Apostoli-
„cas , & interin hoc ipsum cedat in exonera-
„tionem consimilis quantitatis in favorem is-
„tius Provinciæ , & eam sua Majestas habeat
„pro soluta. Et deniquè , ut faciliùs , & com-
„modiùs omnia , & singula supradicta operis
„per effectum valeant adimpleri , & hæc Pro-
„vincia Tarraconensis , & Episcopatus Elnen-
„*sis* in solutionibus promissis faciendis debi-
„tum suæ Regiæ Majestati obsequium , & ser-
„vitium impendat , sua Sacra Catholica , &
„Regia Majestas præsentis conventionis , &

 „Con-

Digitized by Google

„Concordiæ, ac singularum in ea contenta-
„rum Apostolicam confirmationem obtineat,
„idque ejus oneri cedat; & quòd in ipsis lit-
„teris Apostolicis concedatur facultas huic
„Provinciæ, seu Nobis Gaspari, Cardinali, &
„Archiepiscopo prænominato, nominandi, &
„deputandi quoscumque Judices, & Execu-
„tores hujus decimariæ, cum eadem potesta-
„te, facultate, & modo procedendi, quam
„habent Commissarii nominati à Reverendis-
„simo Domino Episcopo Segobricensi, Com-
„missario Generali Sanctæ Cruciatæ, & ejus
„gratiæ à Sancta Sede Apostolica specialiter
„deputato, absque eo quod nullus alius se
„possit de his modo aliquo intromittere. Et
„sic, cum protestatione, pactis, & conditio-
„nibus prædictis, Nos prædictus Cardinalis,
„& Archiepiscopus Tarraconensis, ac cœteri
„alii omnes prænominati Sacrum Provinciale
„Concilium (ut præfertur) facientes, & ce-
„lebrantes, ac universalem hujus Provinciæ
„Tarraconensis, & dicti Episcopatus Elnensis
„Clerum, & Statum Ecclesiasticum repræsen-
„tantes, pro nobis, & nomine omnium, &
„singularum Ecclesiarum, Diœcesum, Mo-
„nasteriorum, & singularum personarum Ec-
„clesiasticarum, decimas, & fructus decima-
„les

Digitized by Google

„les in eadem percipientium ad solutionemque „hujusmodi intervenire debentium, obliga-„mus bona, jura, redditus, & proventus „nostrarum Ecclesiarum, Monasteriorum, & „personarum Ecclesiasticarum prædictarum, „tàm spiritualia, quàm temporalia, præsentia, „& futura: Dantes plenam potestatem quibus-„cumque Dominis Comissariis Judicibus Ge-„neralibus hujusmodi concessionis, & suis Sub-„delegatis, & ipsorum cuilibet, & aliis quibus-„cumque Judicibus, & Justitiis, ut sic nos „compellant, & cogant ad observationem, & „complementum omnium, & singulorum præ-„missorum, renuntiantes, prout seriè cum „præsenti renuntiamus omnibus, & quibus-„vis legibus, foris, & juribus generalibus, & „specialibus, quæ in nostri favorem sint, seu „esse possint. Et concedimus hanc Concor-„diam, conventionem, & pactum desolvendo „modo, & forma præmissis: Et pro majori „validitate eam nostris propriis manibus subs-„cripsimus: & volumus, quòd in modo hu-„jusmodi scribendi, & nominandi nullum dic-„tis Cathedralibus Ecclesiis præjudicium ge-„neretur. Actum est hoc Tarraconæ in dicto „Provinciali Concilio in Palatio Archiepisco-„pi Tarraconensis, nominato la Pabordia, ce-

,,lebrato die vigesima octava mensis Aprilis ,,anno à Nativitate Domini millesimo quin- ,,gentesimo septuagesimo tertio, præsentibus ,,Magnificis D. Alvaro de Moscoso, Clerico ,,Cauriensi, Camerario Majore dicti Illustris- ,,simi, & Reverendissimi Cardinalis, & Ar- ,,chiepiscopi; Francisco Hieronimo Osorio, ,,juris utriusque Doctori, Tarraconensi *Do-* ,,miciliato pro testibus ad hoc vocatis specia- ,,liter, & assumptis: Gaspar, Cardinalis Tar- ,,raconensis: Frater Petrus Aguilò, Prior Sca- ,,læ Dei: Bernardus Sarret, Procurator Illustris, ,,& Reverendissimi Domini Episcopi Illerden- ,,sis: Jacobus Amigò, Procurator Illustris, & ,,Reverendissimi Domini Episcopi Detursensis: ,,M. Torrèl, Procurator Illustris, & Reveren- ,,dissimi Domini Episcopi Gerundensis: Fran- ,,ciscus Mediona, Sindicus Reverendi Capitu- ,,li Ecclesiæ Tarraconensis: Blasius Jordá, Sin- ,,dicus Reverendi Capituli Ecclesiæ Detur- ,,sensis: Ferdinandus Vilar, Sindicus Reve- ,,rendi Capituli Ecclesiæ Gerundensis: Hie- ,,ronimus Comes, Sindicus Reverendi Capi- ,,tuli Ecclesiæ Barchinonensis: Jacobus Berga- ,,da, Sindicus Reverendi Capituli Ecclesiæ ,,Vicensis: Petrus Margalet, Sindicus Reve- ,,rendi Capituli Ecclesiæ Illerdensis: Onofri-

,,cus

Digitized by Google

„cus Masdemont, Canonicus, & Sindicus Ec-
„clesiæ Elnensis: Frater Martinus Joannes de
„Caldés, Procurator Reverendi Domini Abba-
„tis Sancti Cucuphatis: Frater Franciscus
„Caraphis, Procurator Reverendi Abbatis Ri-
„vipullensis: Frater Gabriel Sugranyes, Pro-
„curator Reverendi Abbatis Sanctarum Cru-
„cium: Frater Gabriel Prats, Procurator Re-
„verendi Abbatis Populeti: Et ego Damianus
„Gili, Civis Tarraconæ, Apostolica, & Regia
„auctoritatibus Notarius publicus, ac Sacri
„Provincialis Concilii Tarraconensis Scriba,
„& Secretarius, quia præmissis omnibus, &
„singulis, dùm sic, ut præmittitur fierent, &
„agerentur, unà cum prænominatis testibus
„præsens interfui, eaque sic fieri vidi, & au-
„divi, & in notam sumpsi, igitur hoc præ-
„sens publicum instrumentum aliena manu fi-
„delitèr scriptum, sigillique dicti Provincia-
„lis Concilii impressione communitum exinde
„confeci, signoque, & nomine meis solitis, &
„consuetis signavi in fidem, robur, & testi-
„monium præmissorum omnium & singulorum
„rogatus, & requisitus. Præsens transumptum,
„& exemplum fuit benè, & fidelitèr extrac-
„tum, & descriptum, à suo vero originali
tenoris præinserti, & cum eodem originali

Digitized by Google

»collatum per me Jacobum Gratianum publi-
»cum, Apostolica, & Regia auctoritatibus
»Notarium, Scribamque Regium in Oppido
»Matrito Toletanæ Diœcesis die vigesima
»mensis Maii anno à Nativitate Domini mil-
»lesimo quingentesimo septuagesimo ter-
»tio, præsentibus ibidem pro testibus ad col-
»lationem honorabilibus viris Joanne *Vaz-*
»quez del Marmol, Regio Librorum Cor-
»rectore, & Alphonso del Busto, in dic-
»to Oppido residentibus ad præmissa voca-
»tis: In quorum fidem præsentes subscrip-
»si, ac signavi meis solitis, & consuetis sig-
»no, ac nomine: Jacobus Gratianus Aposto-
»licus, Regiusque Notarius.=Cum autem si-
»cut eadem petitio subjungebat, idem Phi-
»lippus Rex, & personæ prædictæ cupiant
»prædicta omnia, & singula pro illorum sub-
»sistentia firmiori nostro, & Sedis Apostoli-
»cæ munimine roborari, idem Philippus Rex
»nominibus prædictis nobis humilitèr supli-
»cari fecit, ut huic suo honesto desiderio
»annuere, aliasque in præmissis opportunè
»providere de benignitate Apostolica digna-
»remur: Nos ipsarum personarum commodi-
»tatibus, ac ipsius Philippi Regis votis quan-
»tum in Nobis est annuere satagentes, eum-
»demque Philippum Regem, ac singulas per-
»so-
Digitized by Google

»sonas hujusmodi à quibusvis excommuni-
»cationis, suspensionis, & interdicti, aliisque
»Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis
»à jure, vel ab homine, quavis occasione,
»vel causa latis (si quibus quomodolibet in-
»nodatæ existunt) ad effectum præsentium
»dumtaxat conseqüendum harum serie absol-
»ventes, & absolutas fore censentes; hujus-
»modi supplicationibus inclinati, Concordiam,
»& desuper confectum instrumentum hujus-
»modi, ut pro illa concernunt, omnia, &
»singula in eo contenta, & inde sequuta
»quæcumque, Apostolica auctoritate tenore
»præsentium approbamus, & confirmamus,
»illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis ro-
„bur adjicimus, supplentes omnes, & singu-
»los, tàm juris, quàm facti defectus, si qui for-
»san intervenerint in eisdem, eaque valida, &
»efficacia fore, ac ab omnibus quos illa con-
»cernunt, etiamsi Concordiæ hujusmodi non
»intervenerint, nec illi consenserint (etiamsi
»Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales fuerint)
»Ecclesias, & alia Beneficia Ecclesiastica ob-
»tinentes, seu possidentes, inviolabilitèr ob-
»servari debere, & ad illorum observatio-
»nem, & solutionem, prout in dicta Con-
»cordia continetur, quibusvis juris & fac-
„ti

Digitized by Google

„ti remediis , cogi , & compelli posse;
„sicque per quoscumque Judices, & Commis-
„sarios, quavis auctoritate fulgentes, etiam
„causarum Palatii Apostolici Auditores , ac
„Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales (subla-
„ta eis, & eorum cuilibet quavis alitèr ju-
„dicandi facultate) judicari debere: ac quid-
„quid secus super his à quoquam quavis auc-
„toritate scienter, vel ignorantèr contigerit
„attentari, irritum, & inane decernimus. Et
„nihilominus Venerabilibus Fratribus Paduano,
„& Segobricensis Episcopis per præsentes
„comittimus, & mandamus, quatenus ipsi,
„aut unus eorum per se, vel alium, seu
„alios, præsentes litteras, & in eis conten-
„ta quæcumque ubi, & quando opus fuerit,
„ac quoties pro parte ipsius Philippi Regis,
„& singularum personarum prædictarum fue-
„rint requisiti, solemnitèr publicantes, eisque
„in præmissis efficacis defensionis præsidio
„assistentes, faciant eosdem Philippum Re-
„gem, & personas prædictas præmissis om-
„nibus, & singulis pacificè frui, & gaude-
„re: Non permittentes eos, vel eorum quem-
„libet contra præsentium tenorem quomo-
„dolibet indebitè molestari; Contradictores
„quoslibet, & rebelles per sententias, cen-
„su-

Digitized by Google

"suras, & pœnas, aliaque opportuna juris, "& facti remedia, appellatione postposita "compescendo, legitimisque super his haben- "dis, servatis processibus, sententias, censu- "ras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus "aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus "fuerit, auxilio Brachii Secularis. Non obs- "tantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ XIII. "etiam Prædecessoris nostri de una, & Con- "cilii Generalis de duabus dietis, & aliis "constitutionibus, & ordinationibus Aposto- "licis, ac quibusvis etiam juramento confir- "matione Apostolica, vel quavis firmitate alia "roboratis, statutis, & consuetudinibus, nec- "non legibus, tàm Sinodalibus, quàm muni- "cipalibus, privilegiis quoque, indultis, & "Litteris Apostolicis, sub quibuscumque te- "noribus, & formis, ac cum quibusvis etiam "derogatoriarum derogatoriis, aliisque effica- "cioribus, & insolitis clausulis irritantibus- "que, & aliis decretis in genere, vel in spe- "cie, aut alias quomodolibet concessis, con- "firmatis, approbatis, & innovatis; quibus "omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis "tenoribus specialis, specifica, & expressa "mentio habenda, aut aliqua alia exquisita "forma, ad hoc servanda foret, tenores hu- "jus-

„jusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil „penitùs omisso, & forma in illis tradita ob„servata inserti forent, præsentibus pro ex„pressis habentes illis alias in suo robore „permansuris hac vice dumtaxat specialiter, „& expressè derogamus, cœterisque contra„riis quibuscumque; aut si aliquibus com„munitèr, vel divisim ab Apostolica sit *Se*„*de* indultum, quòd interdici, suspendi, vel „excommunicari non possint per Litteras „Apostolicas, non facientes plenam, & ex„pressam, ac de verbo ad verbum de in„dulto hujusmodi mentionem. Cœterum vo„lumus, quòd omnes qui pensiones, & fruc„tuum reservationes à quibuscumque imposi„tionibus, Subsidiis, mediis fructibus, & aliàs „à præmissorum contributione exemptas per„cipiunt, etiamsi de illis donationem liberam, „& quæ dicitur inter vivos à titulariis, & be„neficiatis, ac forsan regressum, seu, ac„cessum ob illarum non solutionem ad be„neficia, & obligationes quascumque (etiam „in forma Cameræ Apostolicæ) ac cautionem, „seu Schedulam Bancariam, & fidejussiones *ha*„buerint ad illorum solutionem, & contribu„tionem pro rata eos tangente teneantur „in omnibus, ac per omnia per inde, ac

„si

„si exemptiones, & donationes quæcumque
„& aliæ desuper pœne, & obligationes im-
„positæ, ac factæ nullatenus fuissent. In hac
„tamen solutione, & contributione pro rata
„pensionum facienda, eos Sanctæ Romanæ
„Ecclesiæ Cardinales tantùm, quibus pensio-
„nes annuæ super fructibus Ecclesiarum Ca-
„thedralium, & Metropolitanarum, & alio-
„rum Beneficiorum reservatæ reperiuntur, quo-
„àd ipsas pensiones dumtaxat minimè com-
„prehenso sesse declaramus. Et quia difficilè fo-
„ret, præsentes ad singula quæque Loca, in
„quibus earum publicatio erit facienda de-
„ferri, volumus, quòd illarum transumptis,
„manu alicujus Notarii publici subscriptis,
„& sigillo alicujus personæ in Dignitate Ec-
„clesiastica constitutæ munitis, eadem pror-
„sus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus
„Litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel
„ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Mar-
„cum sub Annullo Piscatoris die xx. Julii
MDLXXIII. Pontificatus nostri anno secundo.
Cœsar Glorierius.

14 Como en las dos Confirmaciones que quedan insertas de las Concordias primeras del Excusado de las Provincias de Aragon, y Tarragona, y en la de los Reynos de Casti-

„lla

lla y Leon se dispuso, que no habian de comprehenderse en la contribucion à esta Gracia las pensiones de los Cardenales; el mismo Gregorio XIII., queriendo que esto no fuese en detrimento, y menoscabo de la concesion hecha á la Corona; por otro Breve de 24 de Julio del referido año de 1573, decretó, y mandó, que lo que dexásen de satisfacer las pensiones, se cargáse à proporcion entre los demás contribuyentes, segun parece del referido Breve, que dice asi.

BREVE DEL MISMO PAPA Gregorio XIII. de 24 de Julio de 1573, para que lo que dexásen de pagar por el Excusado las pensiones de Cardenales, se reparta á proporcion entre los demás contribuyentes á esta Gracia.

GREGORIUS PP. XIII.

15 "AD futuram rei memoriam. Ad Ro-
,,mani Pontificis spectat auctoritatem provi-
,,dere, ne gratiæ ab eo pro tempore in Ca-
,,tholicorum Regum favorem factæ, minus vo-
,,ti-

Digitized by Google

„tivum sortiantur effectum. Cùm itaque si-
„cut accepimus, postquam fœlicis recorda-
„tionis Pius Papa V. Prædecessor noster Cha-
„rissimo in Filio nostro Philippo Hispania-
„rum Regi Catholico primam decimam sin-
„gularum Parochialium Ecclesiarum sub cer-
„tis modo, & forma, tunc expressis conces-
„serat; idem Philippus Rex pro majore Cle-
„ri illarum partium commoditate, primò cum
„dilectis Filiis Castellæ, & Legionis, secun-
„dò Aragoniæ Regnorum, tertiò verò, cum
„Provinciæ Tarraconensis, & Episcopatus El-
„nensis Clero, sub certis modo, & forma con-
„cordaverit; Nosque Concordias hujusmodi
, per aliàs nostras Litteras approbaberimus,
„prout in illis pleniùs continetur; in quibus,
„inter alia voluimus, quòd à contributione
„hujusmodi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi-
„nales pensiones percipientes, essent omnino
„exempti; idque juxta Concordias prædictas
„in damnum dicti Philippi Regis cederet. Cum
„autem non exemptionem prædictam, ea potis-
„simum de causa Cardinalibus concesserimus,
„quæ in decimarii hujusmodi concessione ip-
„si minimè comprehensi erant; decensque
„esse censeamus; ne hoc in dicti Philippi Re-
„gis damnum, & detrimentum cedat; oppor-
„tu-

„tunè providere volentes, eumdemque Philip-
„pum Regem à quibusvis excommunicatio-
„nis, suspensionis, & interdicti, aliisque
„Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis
„à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel
„causa latis, siquibus quomodolibet innoda-
„tus existat ad effectum præsentium dumtaxat
„conseqüendum harum seriè absolventes, &
„absolutum fore censentes; necnon Litterarum
„prædictarum tenore præsentibus pro expres-
„sis habentes; motu proprio, non ad ipsius
„Philippi Regis, vel alicujus Nobis super hoc
„oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera
„liberalitate, & certá scientia nostris; quan-
„tam pecuniam summam ratione pensionum,
„quas obtinent Cardinales, præstare oppor-
„teret, si eos no exemissemus, vel Regi ipsi
„Philippo ex forma Concordiarum sibi im-
„putare tenerentur, tantumdem eidem Philippo
„Regi concedimus, & elargimur inter perso-
„nas Ecclesiasticas in ipsis Concordiis res-
„pectivè comprehensas proportionabiliter dis-
„tribuendum, & eisdem modo, & forma, ac
„tempore prædicto Philippo, seu ejus ad hoc
„deputatis, seu deputandis persolvendum, qui-
„bus pecunia concordata persolvi debet. Et
„ut præmissa certiorem sortiantur effectum,
„om-

Digitized by Google

„omnibus, & singulis personis Ecclesiasti-
„cis in dictis Concordiis expresis, & com-
„prehensis, in virtute sanctæ obedientiæ, ac
„sub excommunicationis majoris, ac aliis ar-
„bitrio nostro moderandis pœnis, districtè
„præcipiendo mandamus, quatenus visis præ-
„sentibus, nullo alio à Nobis expectato man-
„dato, ratam Cardinales tangentem, interesse
„partiantur, & eidem Philippo Regi, omne mo-
„ra, & dilatione pospositis, eisdem loco, &
„tempore, modo, & forma in Concordiis præ-
„dictis contentis realitèr, & cum effectu sol-
„vant, vel in dictis debitis sortem minime
„computent. Mandantes Venerabilibus Fratri-
„bus Paduano in Regnis Hispaniarum nostro,
„& Sedis Apostolicæ nunc, & pro tempore
„existenti Nuntio, & Segobricensi Episcopo,
„quatenus ipsi, aut alter eorum per se, vel
„alium, seu alios ad præsentium executio-
„nem juxta Litterarum prædictarum Decima-
„rii hujusmodi tenorem omnino procedant;
„contradictores quoslibet, & rebelles per
„sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasti-
„cas, aliaque opportuna juris, & facti reme-
„dia, appellatione postposita compescendo,
„legitimisque super his habendis, servatis
„processibus, sententias, censuras, & pœnas

 „ip-

„ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, in-
„vocato etiam ad hoc, si opus fuerit, au-
„xilio Brachii Secularis. Non obstantibus
„præmissis, ac constitutionibus, & ordina-
„tionibus Apostolicis, ac quarumvis Ecclesia-
„rum in Concordiis hujusmodi comprehensa-
„rum, ac ipsis Concordiis, etiam juramento,
„confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-
„tate alia roboratis, statutis, & consuetudi-
„nibus, cœterisque contrariis quibuscumque;
„aut si aliquibus communitèr, vel divisìm ab
„Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici,
„suspendi, vel excommunicari non possint
„per Litteras Apostolicas, non facientes ple-
„nam, & expressam, ac de verbo ad verbum
„de indulto hujusmodi mentionem. Cœterum,
„quia difficilè foret, præsentes Litteras ad
„singula quæque loca in quibus de eis fides
„facienda est deferri, volumus, & similitèr
„dicta auctoritate decernimus, quòd illarum
„transumptis, manu alicujus Notarii publici
„subscriptis, & sigillo Commissarii, seu ali-
„cujus personæ in Dignitate Ecclesiastica
„constitutæ munitis, eadem prorsùs fides ad-
„hibeatur, quæ ipsis originalibus adhibere-
„tur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum
„Romæ apud Sanctum Marcum, sub Annullo
„Pis-

Digitized by Google

,,Piscatoris, die vigesima quarta Julii MDLXXIII.
,,Pontificatus nostri anno secundo. Cœsar
,,Glorierius.

16 Antes, y despues que se otorgáse, y confirmáse por la Santa Sede la Concordia del Excusado de la Provincia de Tarragona, las Personas Laicas perceptoras de Diezmos en aquellos parages, se resistieron á contribuir por ellos á esta Gracia, por suponer que eran décimas profanas, y secularizadas, y que las habian adquirido por conquista, debelacion, y derramamiento de sangre, como ya se hace mencion en los Breves de San Pio V. de 24 de Marzo, y 15 de Octubre de 1572, que dexamos copiados á los números 8. y 9.: con cuyo motivo el referido Pontifíce Gregorio XIII. expidió otro en 18 de Febrero de 1574, cometido al Obispo de Pádua, Nuncio entonces de su Santidad en estos Reynos, para que por sí solo determináse la causa que habian intentado para dexar de contribuir; y que si lo consideráse preciso, conociese de ella juntamente con el Obispo de Segorve, y quanto antes la definiesen; pero que sin embargo, de ningun modo se retardáse la exaccion del Excusado que debian pagar; sino que des-

de luego lo satisfaciesen sin dilacion alguna, como lo hacian otras personas Laicas de estos Reynos, segun parece de dicho Breve, el qual, y otro del mismo Papa de 30 de Diciembre de dicho año de 1574, sobre lo propio para lo tocante al Reyno de Aragon, dicen asi.

VENERABILI FRATRI NICOLAO, Episcopo Paduano in Regnis Hispaniarum nostro, & Apostolicæ Sedis Nuntio.

GREGORIUS PP. XIII.

27 "Venerabilis Frater, salutem, & „Apostolicam Benedictionem. Exponi Nobis „nuper fecerunt dilecti Filii deputati Prin- „cipatus Cathaloniæ, quòd licèt in vim qua- „rumdam Litterarum à dilecto Filio nostro „Cardinale Comensi mandato nostro ad te „scriptarum, ipsius Principatus Agentes co- „ràm te comparuerint, ut ea ostenderent, „quibus se contra tenorem Litterarum in for- „ma Brevis Serenissimo Regi Catholico à fœ- „licis recordationis Pio Papa V. Prædecessore „nos-

Digitized by Google

„nostro concessarum, indebitè gravatos esse „pretendunt, tàm super exactionem decima„rum, quæ à Laicis solvi non debere, tùm „etiam ab omnibus indiferentèr Ecclesiis ejus„dem Principatus, quæ ad illarum solutionem „ultra certam quotam minimè teneri asse„runt. Tamen quoniam in hujusmodi judiciis „Venerabilem Fratrem Episcopum Segobricen„sem collegam ordinarium habes, dicti Agen„tes talem judiciariam in hac causa sibi pro„seqüendam esse non consenserunt, sed à No„bis humilitèr postulari curarunt, ut causam „ipsam tibi soli comittere dignaremur. Qua„re hujusmodi eorum supplicationibus inclina„ti, Fraternitati tuæ significamus, Nos, si „tibi videbitur hanc causam te solum audire, „& prout juris fuerit terminare, ut id facias, „contentos esse; plenamque, & liberam su„per hoc tibi facultatem concedimus. Quod „si id unà cum dicto Episcopo Segobricensi „faciendum esse judicaveris, conjunctim il„lam cognoscere, & quamprimùm, prout „juris fuerit, omnino decidere debeatis: Sic„que vestra integritate, prudentia, diligen„tia, provideatis, ut Cathellanis nulla merito „conqüerendi relinquatur materia. Declaran„tes nihilominus, quòd si tu solus, vel ambo

„cau-

„causam hujusmodi cognoscendam sumpseritis, „mentis, ac voluntatis nostræ esse, ut inte„rim donec causa ipsa cognoscatur, executio „exigendi dictas decimas, nequaquam retar„detur, verumquòd ipsi Cathelani easdem „decimas sine ulla prorsus dilatione persol„vant, sicut alia Hispaniarum Regna faciunt. „Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub An„nullo Piscatoris die XVIII. Februarii MDLXXIV. „Pontificatus nostri anno secundo. Cœsar „Glorierius."

VENERABILIBUS FRATRIBUS Nicolao Paduano, moderno, & pro tempore existenti apud Charissimum in Christo Filium nostrum Philippum Hispaniarum Regem Catholicum nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio, ac Francisco Segobricensi, & Albarracinensi, Episcopis, & eorum alteri.

GREGORIUS PP. XIII.

18 "Venerabiles Fratres, salutem, & „Apostolicam Benedictionem. Accepimus nu„per, quòd postquam fœlicis recordationis „Pius

„Pius Papa V. Prædecessor noster Charissimo
„in Christo Filio nostro Philippo Hispaniarum
„Regi Catholico, primam domum, quam dictus
„Philippus Rex semel elegisset in qualibet Pa-
„rochia ex universis Parochiis in Regnis, &
„Dominiis Hispaniarum, & Insulis eisdem
„Regnis adjacentibus consistentibus nominan-
„di, & eligendi, & ab ipsa domo, illiusque
„Domino, seu Dominis, ac Habitatore, seu
„Habitatoribus omnem decimam omnium re-
„rum, de quibus decimæ, tàm de jure, quàm
„consuetudine, & privilegio solvi, dari con-
„suevissent, & tenerentur (etiamsi à Lai-
„cis quantumvis qualificatis conjunctim, vel
„divisim possiderentur) petendi, & sub cer-
„tis modo, & forma ad quinquennium exi-
„gendi concessit, prout in Litteris dicti Præ-
„decessoris plenius continetur: cumque idem
„Philippus Rex dictam concessionem exequi
„procuraret, seu jam executioni demandari
„cœpisset; Regni Aragonum, tùm Clerici,
„tùm Laici, cum præfato Philippo Rege de-
„solvendo singulis annis summam decem mil-
„lium librarum ex decimis, & Primitiis occa-
„sione concessionis per Prædecessorem præfa-
„tum concessæ quinquennio præfato durante,
„eidem Philippo Regi convenerunt, & concor-
 „da-
Digitized by Google

»darunt; ea denique conventio & concordia,
»nostra etiam fuit auctoritate munita, nonnulli
»Clerici, vel Laici, seu etiam Universitates, &
»Communitates dicti Regni Aragoniæ, sub
»prætextu, quòd decimas, seu primitias
»obtinuerint, cum onere providendi Eccle-
»siis de quibusdam rebus; quodque ratione
»illarum, vel ex aliis causis, ad contribuen-
»dum, & conferendum in aliqua *solutione*
»facienda minime teneantur, & in hoc pri-
»vilegiis, vel Regiis, vel Apostolicis sint mu-
»niti portionem, quæ omnes tangit, juxta
»Concordiam, & conventionem præfatas sol-
»vere recusant, & à solutione præfata se
